




Tractatus domini Petri Cameracensis episcopi de concordia astronomice veritatis et narracionis historice et dividitur in sexaginta capitula que ordinarie patebunt

[Q]uoniam in tractatu nostro de concordia astronomie et theologie necnon in secundo tractatu de concordia astronomice veritatis et narracionis historie superaddere decrevimus [illegible] ubi qualiter diximus quod sic maximarum coniunctionum circa notanimus ad eum historias applicantes invenimus circa singula magnas et mirandas alteraciones et mutaciones in hoc seculo evenisse ideo nunc hoc specialiter proponimus declarare. Non quidem historiam quomodam texendo sed notabilia historiarum gesta et eventus circa dictas coniunctiones adaptando [illegible] consistere hoc opus quod decem tractatus continet certis capitulis distinguemus.

44m de gestis circa decem coniunctiones
45m de gestis post dictas revolutiones
46m de aliis decem revolutionibus saturnalibus et gestis sub eis
47m de hiis que ante complementum decem aliarum revolutionum gesta sunt
48m de viginti duobus figurationibus celestibus
49m de magno caelestis figurationis
50m de octava coniunctione maxima
51m de adventu antichristi et eius secta
52m de sex sectis principalibus secundum astronomos, antichristi secundum Methodium
53m de octo praeambulis adventus
54m de Antichristi ortu et fine et consummatione seculi secundum eundem

Capitulum primum in tractatu domini Petri Cameracensis episcopi in tractatu de concordia astronomice et historice veritatis et est hic capitulum breuis recapitulatio Saturni et Iovis

Astronomice veritatis viam sequentes quam sapientes antiqui docuerunt in tractatu premisso et in eo quedam de legibus et sectis intitulavimus aliqua ex eorum dictis colligimus de coniunctionibus planetarum maxime trium superiorum Saturni Iovis et Martis que hic breviter recapitulare utile iudicavimus. Et specialiter de coniunctionibus magnis Saturni et Iovis que ad qualitates secundum alterationes et mutationes regnorum legum et sectarum et aliarum magnarum rerum percipue (?) dicuntur aspectum. Dicimus igitur [illegible]cem esse Saturni et Iovis [illegible] minorem videlicet [illegible] maiorem et maximam. [illegible] in omnibus [illegible] incipit [illegible] [illegible] viginti annis et

Saturni et Iovis que fit in triplicitate (?) Et ideo fit ut post viginti annos coniungantur in alio signo ab eo in quo primo iuncti fuerunt. Deinde post alios viginti annos in quarto signo a primo et post tercios viginti annos iterum in illo primo. Et hec ab aliquibus vocatur coniunctio magna. Et fit in omnibus 60 annis. Que dicitur significare plures super sublimatione regum et potentum et super qualitatem annone et super ortus prophetarum. Et postquam in ista triplicitate tocies coniuncti fuerint ut ad aliam mutentur et coniungantur, vocatur coniunctio maior que fit in omnibus 240 annis vel circa et significat super sectam et mutationibus eius in aliquibus regionibus etc. Quando fit coniunctio ab ista triplicitate in aliam ut a fine cancri ad principium arietis tunc dicitur maxima per revolutionem Saturni 32 vicibus et fit in omnibus 960 annis vel circa. Et significat super mutationes imperiorum et regnorum et significatus impressiones in aere et super diluvium et super terre motum et gravitate annone. De predictis autem coniunctionibus tractat Albubatur (?) differentia secunda dicens: Quod maior omnibus coniunctionibus est coniunctio Saturni et Iovis in inicio arietis et hec fit in 960 annis semel. Secunda eorum coniunctio est in inicio uniuscuiusque triplicitatis. Et hec fit in 240 annis. Coniunguntur itaque enim in unaquaque triplicitate duodecies id est fiunt in unaquaque triplicitate duodecim coniunctiones. Deinde mutatur eorum coniunctio ad triplicitatem que hanc succedit. Tercia est coniunctio Saturni et Martis in inicio cancri que in omnibus triginta annis. Quarta quoque coniunctio est Saturni et Iovis in unoquoque signo semel que fit in omnibus semel viginti annis semel. Unde patet quod addit etiam coniunctionem Saturni et Martis in 30 annis. Sed non loquitur de illa coniunctione que magna vocata est et fit in 60 annis. De qua tangit Albumazar libro de magnis coniunctionibus tractatu 2o differentia octava

Ne tamen de ista locutus est Leupol
dus qui aliorum astronomorum dicta
utilit(er) recolligit Unde in quinto tractatu
sue introductorii ita scribit Annua
les et maiores mundi alteraciones
et mutaciones fiunt per coniunctionem Satur
ni et Jovis in capite Arietis in 960
annis per coniunctionem eorundem secundum
mutacionem de una triplicitate in aliam
in 240 annis per coniunctionem Saturni et
Martis in omnibus 20 annis per lo
ca planetarum in coniunctionibus
vel preventionibus introitus solis
in signa tropica precedentibus et
per plura alia que ibi enumerat Et
specialiter quod magis ad propositum per
tinet concludit quod per Jovem fit
sectarum distinctio et per mutacionem quando
in triplicitatibus sectarum mutacio fac
etiam per Saturnum decem revoluciones
in annis 360 Vel ut credo verius
dici potest per Saturnum decem revoluciones
in 300 annis secundum Albumasar per
annos planetarum maiores per accessum
et recessum orbis per octo gradus
in 620 annis Ex omnibus premissis
manifeste patet quod inter quas sunt di
as coniunctiones maximas fiunt ad
minus 23 coniunctiones maiores Saturni
et Jovis 240 annorum et multo plures
Saturni et Martis 20 annorum et multo
plures alie de quibus dicit Ptholomeus
in centilogio verbo 63 Ne obliviscaris
centum viginti coniunctionum que sunt
in stellis erraticis In illis enim est
maior scientia eorum que fiunt in hoc mun
do Et ibi distinguit Hali earum
diversas quia quedam sunt binarie id est
duorum planetarum Quedam ternarie id est
trium planetarum quaternarie quatuor quin
narie quinque Senarie sex septenarie
septem id est omnium simul planetarum Item
etiam inter quaslibet duas coniunctiones
maximas est admin(us) una revolucio
orbis id est octave spere in 960 annis
Sunt etiam plures revoluciones magni
orbis 360 annis Sunt insuper plures
decem revoluciones Saturni de quibus loquitur
Albumazar ut infra dicetur que
fiunt in 300 annis que omnia magnarum
sunt significatores et per mutacionibus sec
tarum et regnorum et aliorum magnorum

effectuum secundum doctrinam maiorum astro
nomorum et ideo non solum maximas
et mirabilissimas mutaciones ad quas
predicte coniunctiones maxime hic di
cuntur aspectum et historiis et cronicis
inferius annotabo Sed etiam
quamque plures et notabiles intermedias
quas alie coniunctiones et revoluciones
predicte significare et efficere potuerunt
In hiis tamen lectorem cupimus
esse premonitum quod nichil fatali necessitate
ascribimus sed naturali causali et incli
nacioni Cum liberum arbitrium hiis
que subiciuntur facultati potest dei con
currente auxilio resistere Supra quod divina
omnipotentia solo voluntatis imperio
efficaciter obviare De qua licet scriptum
sit omnia quecumque voluit fecit
tamen disposuit tunc causis secundis naturaliter opera
ri nisi ubi miraculosa operacio intervenit
Quam cito sine racionabili causa ante te accedere
magis temerarie temptatur quam theo
logice firmitatis ut sententiatis hiis
itaque premissis id quod propositum est exequamur

Capitulum secundum de tribus maximis coniunctionibus ante diluvium

Tres coniunctiones maximas
ante diluvium fuisse dixi
mus et sub annis infra sig
annotatis vel circiter
videlicet primam anno a
principio mundi 220 Secundam
anno 1280 Terciam anno 2240 Et
hanc fuisse sic dicit Arabs astrono
mus per duos annos vel tres ante
diluvium Licet autem de annis mundi usque
tunc varie sint opiniones computacionum
in auctoribus ut in dicto tractatu annota
vimus Tamen computacionem secundum hos scriptores
quam sequimur etiam probabiliter et dictis
coniunctionibus magis conformem conclu
simus videlicet quod a mundi principio usque
ad diluvium fuerunt anni 2242 vel circa
quod ideo circiter dixi quia anni predicti
non sunt eius precisi adequati sunt post
diluvium per tabulas Alfonsi Sed tamen
annales et maiores coniunctiones secundum con
cordem astronomorum opinionem fuerunt circa

tempora dictarum generationum non dis
tincte et particulariter · sed simul confuse
et generaliter notare volueramus ex cau
sis sequentibus Primo propter discordan
ciam in computatione annorum mundi et eta
tum eius vt supra dictum est Secundo quia
de gestis ante diluuium nulla est histo
ria vel cronica que annos distincte
et specialiter notauerit Sed de illis solum
habemus diuine scripture propheticae videlicet
Moysi historiam Tercia quia ipse Moy
ses legislator sicut dicit historia sco
lastica multum breuiter generationes Ade
transit et multa subticet festinans ad
tempora Abrahe patris hebreorum loqui po
terimus hic autem generaliter sufficiat
transire

Capitulum quartum de generacionibus Ade et filiis eius hystoria

Scimus ergo sequentes
hystoriam scolasticam
quod Adam et Eua secundum
Methodium virgines
egressi de paradiso et
in anno vite Ade
quintodecimo natus est Cahym licet
Adam factus fuit quasi in etate
triginta annorum Et potuit ante Cahym
multos genuisse quos tacent Post
alios autem quindecim annos natus
fuit Abel · anno Ade 130 Cahym
occidit Abel · Et tunc ei natus est
Seth 30 anno primo chiliadis secundum
Methodium qui distinguit secula .i. eta
tes mundi per chiliades 1000 annorum Et
inchoat secula post 200 annos Ade
Et in hoc consonat septuaginta interpre
tes et Josephus qui Adam ducen
torum 30 annorum fuisse scribunt quando ge
nuit Seth · et forte Moyses centum
annos luctus Ade non sine misterio
pretermisit hic igitur attende mor
tiferam Abel mirande et miserande
mutacionis iniurium Tam cito post suc
cessit vna maior generatio quasi se
cuta est prima maxima contradictio
supradicta Circa eius tempora ante
et postea sunt notanda que eciam alta
mundi scriptura sacra commemorat

Capitulum quintum

De generacionibus Cahym

Cognouit igitur Cahym
vxorem suam que peperit
Enoch a quo nominauit
ciuitatem que ab eo
prima edificata est vn
de patet quod multi iam erant
homines licet non exprimatur eorum
generatio · quos conuocauit Cahym
et eorum auxilio vrbem fecit Et dicit
Josephus quod rapinis et violentys
omnis congregans suos ad latroci
nia inuitabat etiam simplicitatem
vite hominum ad inuentionem mensu
rarum et ponderum permutauit et ad
calliditatem et corporum prodiuit et
terminos terre primus posuit ciuitates
muniuit · et timens quos ledebat
ob securitatem suos in vrbibus col
ligebat Porro Enoch genuit Irad
qui Maniel · qui Matusael · qui La
meth · Qui septimus ab Adam
et pessimus · primus bigamiam intro
duxit · duasque vxores accepit · Ex
quibus sunt filii plures peccati
diuersarum artium inuentores Jabel
inuenit tentoria pastorum et plura
rum pascua ordinauit Jubal frater
eius fuit pater canentium cithara et or
gano · non tamen instrumentorum inuen
tor sed musice quam scripsit in dua
bus columpnis vna marmorea vt
non deleretur diluuio · Alia laterica
vt non dissolueretur incendio quia de
his Adam audiuerat prophetasse Tu
balcahym primus ferrariam artem inue
nit res bellicas exercuit sculpturas in me
tallis fabricauit · quo fabricante
tubal sono malleorum delectatus
ex ponderibus eorum et proportione consona
cias cogitauit quarum inuentorem greci
Pytagorem attribuunt fabulose Soror
vero Tubalcham inuenit artem
varie texture

Capitulum sextum de generacionibus Seth

Ceterum de generacionibus
Seth breuiter dicendum
est hic itaque genuit
Enos qui Cahynan ·
qui Malaleel · qui

Lameth · qui Nohe dicitur · q̄ꝛ · quia
conuertit Cahym septimus Lameth
pessimus fuit Ita in generacionibus priorum
septimus fuit Enoch quem transtulit
dominus in loco voluptatis vt in fine tempus
conuertat ad helyam corda patrum in filios
Judei tamen dicunt eum Cayn vnius translacionis
attribuendam numero septenario
disposuisse quantum scitati cuius quia
plures legunt sanctiores eo · quorum
nullus translatus est · Jtem aiunt deum
omnia sub septenario disposuisse
De annis autem Mathusalem diuerse sunt
opiniones Nam secundum computacionem
septuaginta interpretum quatuordecim
annis post diluuium vixit · quod
non videtur verum · quia non legitur in ar-
cha fuisse nec translatus vt Enoch
Quidam dicunt quod mortuus fuit
ante diluuium septem annis Jheronimus
vero asserit quod eodem anno quo fuit
diluuium · tunc omnis numerus annorum vi-
te eius conuenit · videlicet · 969 ·
annis vnde patet secundum premissa quod ipse mo-
dicum ante 2am coniunctionem maxi-
mam natus est et post 3am mortuus

Capitulum Sextum de generacionibus Nohe et filios eius quos habuit

Nohe vero cum esset quingentorum annorum
Sem Cham et Japhet
genuit Moyses autem
dicturus de diluuio premisit causam
eius · quia cum cepissent homines multi-
plicari super terram · viderunt filij dei
id est filij Seth religiosi · filias hominum
id est de stirpe Cham victi concupiscen-
tia · acceperunt de eis vxores · et nati
sunt inde gigantes Quando autem hec
facta sunt · Vtrum sub Nohe vel an-
no determinat Josephus autem dicit
quod vsque ad malum prolapsi sunt sep-
tima generacione · boni remanserunt
filij Seth · post ad malum prolapsi sunt
Et ideo contra se irritauerunt Nam mul-
ti angeli dei idest demones incu-
bi mulieribus coeuntes agentis gigan-
dei sunt Methodius causam di-
luuij scilicet hominum peccata diffusius
exequitur et ipsa per Iliades designat
vt patet in historia scolastica · Post
diluuium vero nati sunt alij gigan-
tes in Ebron et postea fuerunt in
Titana ciuitate egipti a qua
dicti sunt titanes de quorum stir-
pe fuerunt Enachim cuius filij ha-
bitauerunt in Ebron de quibus ortus
est Golias et quidam alij fratres itaque
dominus propter peccata hominum dixit Penitet me
fecisse hominem Et ad Nohe ait finis
vniuerse carnis venit coram me
Deditque tempus ad penitendum · 120 an-
norum · et hec dixit dominus Cum quando
archa incepit fieri secundum Jeronimum quod
facta legitur centum annis vnde patet
quod circa hoc tempus est facta et ante di-
luuium tercia maxima Coniunctio
quia mirabiles mundi alteraciones
secute sunt Jnde propterea fuit dilu-
uij inundacio Cuius dictam coniunctionem
principalem causam extitisse nouimus

Capitulum Septimum de archa Nohe et ipso diluuio pulcherrimum

Nohe igitur fabricata ar-
cha iuxta preceptum domini
· 600 · anno vite sue ingressus
est eam cum omnibus anima-
tibus que duxerat ei dominus
que angelorum ministerio adducta sunt
mense secundo die · 14o · qui ab ebreis
ysar dicitur a latinis Mayus Moy-
ses vero in legittimis nysan id est Aprilem
primum mensem constituit · secundum Josephum
Jn alijs vero vsualem mensium ordi-
nem seruauit Jngresso autem Nohe archam
pluit super terram · 40 diebus et · 40 ·
noctibus et excreuit aqua super omnes
montes quindecim cubitis Et ita exal-
tate sunt super terras 150 diebus ·
et postea ceperunt aque minui mense
septimo ita quod 2a die mensis requieuit
archa super montes armenie vbi
adhuc eius reliquie ostenduntur
huius autem diluuij et arche vt ait

Iosephus memoria facit eciam qui hystorias conscripserunt scilicet berosus caldeus et egipcius historicus manesses quoque damascenus. Igitur 600 primo anno vite Nohe mense secundo vicesima septima die mensis precepto domini egressus est cum suis de archa eadem die qua ingressus fuerat evoluto anno secundum historiam scolasticam et ut Iosephus refert. pepigit cum eo deus quod ultra non fieret diluvium et in signum federis posuit arcum suum in nubibus. Cepit quoque Nohe exercere terram et plantavit vineam. bibensque vinum ignorans vim eius inebriatus est. et obdormiens denudatus et cum vidisset Cham verenda patris sui ridens nunciavit fratribus suis. Et propterea Nohe maledixit eum non in se sed in filio suo et eius semine. Nec omnes de semine sed eos qui de Chanaan. quia prophetice providit eos in cultu ydoli diei non esse permansuros [?]. Postea impleti sunt dies Nohe 950 anni. Et mortuus est. Dicit autem Iosephus: Et nemo putet falsum que de antiquorum longevitate scripta sunt. quia propter virtutes et glorias utilitates quas ingeniose utebantur scilicet geometriam et astrologiam deus amplius vivendi spacia condonavit. que discere non potuissent nisi 600 vixissent annos [illegible] ab antiquis statis prioribus astronomie sciam ad posteros dimittere.

Capitulum octavum. De dispersione filiorum Noe post diluvium per loca

Capitulatur autem generationibus Nohe texuntur ex his septuaginta due generationibus gentes. Quindecim de Japhet triginta de Cham viginti septem de Sem. Hii [illegible] dispersi sunt in totis partibus orbis secundum Alcuinum Sem asiam Cham affricam Japhet europam sortitus est. Iosephus ad divisionem terrarum expressius assignat et Ysidorus libro nono ethimologiarum gentes septuaginta duas a quibus divisa est terra totidemque linguas particulariter utiliterque distinxit. Narrat autem aliqui quod ex tribus filiis Nohe adhuc eo vivente nati sunt ultra 24000 virorum ex mulieribus et parvulos habentes super se 24 duces quos predixi[?]. Sed de hiis insignites dicemus de Nemroth qui cepit esse primus in terra potens et robustus venator hominum id est extinctor et oppressor amore dominandi. Et cogebat homines ignem adorare. Quare cepit primus regnare. Dicit Methodius agens de quodam filio Nohe qui centesimo anno diluvii tercie aliadus [?] ei natus est et dictus est Ionitus. Qui centesimo anno dedit Nohe donaciones et dimisit eam in terram Ethan [?] et intravit usque ad solis regionem. Hic accepit a deo donum sapientie et invenit astronomiam. a quo Nemroth decem cubitorum gigas eruditus est et accepit ab eo consilium in quibus regnare posset. Iste enim Ionitus quosdam futuros per rerum providit eventus et maxime de ortu quatuor regnorum et occasu eorum per successionem quod etiam prophetavit Daniel. Et ponit quod primum regnarent de Cham. de Belus descendit. Postmodum de Sem. Medi Perse et greci. Post de Japhet Romani. Ideo Nemroth sollicitavit alios ad dominandum. Cum acquievit Cham et regnavit inter eos in Babilone.

Capitulum nonum de turre Babel confusione

Post obitum Nohe ab oriente convenerunt duces in unum campum Sennaar et timentes diluvium consilio Nemroth volentes regnare ceperunt edificare turrim que pertingeret usque ad celos. Angeli autem iussu dei everterunt turrim et vocem propriam unicuique partiti sunt

Ipsa babilone construxit vocata enim terra babel
id est confusionis de hac terra meminit
Sibilla et de campo Senaar Refertur
siquidem quod Nemroth vi ex-
pulit Assur de terra
Sennaar et de terra que
eius erat iure heredita-
rio Regnum quod ha-
buerunt babilonii qui de semine e-
rant Nemroth usque ad quartam
etatem durauit Belus Nemrothides
iuit Assiriam scilicet pacem obtinuit ea
quo mortuo filius eius Ninus eam
totam possedit et ciuitatem in qua erat
caput regni tunc tantum dictam ampli-
auit et a suo nomine eam Niniuen
dixit Inde est quod quedam historie di-
cunt Regnum Assiriorum cepisse ab
antiquo belo quod verum est quantum ad
inicium Alii vero sicut Eusebius di-
cunt cepisse a Nino quod verum est
quantum ad regni ampliationem Ninus
autem vicit Cham qui adhuc vive-
bat et regnabat in Brachtria et
dicebatur zoroastes inventor artis
magice qui et septem liberales ar-
tes in quatuordecim columpnis scrip-
sit septem eneis et septem latericijs
contra utrumque diluuium Ninus vero
libros eius combussit Ab hoc autem
Nino orta sunt ydola quia mor-
tuo belo in solacium doloris ymaginem
patris fecit sibi cui tantam exhibebat
reuerenciam ut omnibus reis qui ad ipsam
fugissent parceret Ideo homines regni
sui diuinos honores ymagini cepe-
runt impendere cuius exemplo hic
error in plures naciones inualuit hic
autem aduerte quod circa id tempus magica
et ydolatria initium ortum habuerunt
et hec sunt modicum ante quartam
coniunctionem maximam ut patebit postea
Ad coniunctionibus semper aliquid
dicendum scilicet ut remaneamus ad
Abraham Sem igitur cen-
tum annorum erat qui genuit
Arphaxat qui Salem
qui heber a quo hebrei dicti sunt
secundum Josephum licet Augustinus dicat incerto
querere utrum ab heber dicti sunt hebrei
vel ab Abraham quasi abrahei heber
autem genuit Phaleg qui interpretatur di-
uisio quia in diebus eius per diuisionem lin-
guarum diuise sunt gentes et diuisio
terrarum facta est scilicet sub isto precipue
dicitur facta quia in isto et filiis eius
remanserat antiqua lingua videlicet he-
braica alii ab eo sunt diuisi Vnde lin-
gua hebraica ante diuisionem linguarum
non dicebatur hebraica scilicet humana sim-
pliciter quia ea omnes gentes utebantur
Phalegus autem genuit Reu vel Ragau
qui Seruth qui Nachor qui Tha-
re in quo terminata est secunda etas que
tamen usque ad natiuitatem Abrahe exten-
ditur Thare vero genuit Abraham
et hic natus est prope tempus coniunctionis
maxime ut sequencia declara-
bunt

Quartam coniunctionem maxi-
mam fuisse dicimus an-
no a principio mundi 3300
a diluuio vero 961 du-
rat Sciendum est autem
quod Eusebius Cronica sua incepit
a primo anno Abrahe quam deinceps
integram prosequitur qui a natiuitate A-
brahe sicut in prologo Cronice patet us-
que ad totius orbis diluuium inuenit an-
nos 942 sed quia computacio patet
quod Abraham ante dictam coniunctionem
natus est erat per annos 16 insuper autem
circa idem tempus prope magne regnorum
mutaciones facte sunt Nam primus
omnium Asie exceptis iudeis regnauit
Ninus beli filius cuius Nini temporibus
zoroastes magus rex Bactrianorum
clarus habitus est aduersus quem
idem Ninus dimicauit In huius Nini
imperio apud hebreos nascitur Abraham
cuius erat annus primus ante imperii Ni-
ni erat annus quadragesimus tercius eo
quod Nino regnante apud Assirios
in grecia Egealeus in Sicionijs imperauit
cuius regni anno vicesimo 2o natus
est Abraham Apud egiptios anno
sedecimo potestas erat quam vocant dinasti-
am quo tempore regnabat Thebei qui
prefuerunt egiptijs annis 190 postea
vero Assyriis imperauit Semiramis ux-
or Nini de qua innumerabilia narrantur
que terram tenuit plurima babilonie

instaurat tunc tpe pdicta gnacioz Abraham nacoe Caldeus apud hebreos vnam etatem texuit 13

Postquam quintoncem misteria abrahe gesta innotuerunt Nam cum septuaginta quinque esset annorum diuino dignus est allogquio et ea repromissione que ad eum facta est a qua repromissione dignem traxit omnis lex seu secta diuina tam mosaica quam xpiana Nam adiecto anno Abrahe vsque ad Moysen et exitum de egipto gentis hebreorum supputantur anni 430 quorum apostolus paulus meminit ipse quoque Moyses in exodo hac videlicet racione quia lex mosaica ab illa repromissione ortum sumpsit Secundo est de lege xpiana ex dictis Eusebij declaratur qui ait pro omnium prophetarum Abrahe cum in figura apparuisset humana vocacionem gencium pollicetur qua nostro tempore sermo xpi deduxit ad finem per euangelica in omnes gentes predicatorum 14

Abraham autem cum esset octoginta sex annorum ante dictam promissionem ex ancilla agar genuit ysmahel a quo ysmaelitarum genus qui postea agareni et ad postremum Sarraceni falso nomine dicti sunt Post dictam vero repromissione Abraham cum centum annorum esset genuit ex libera filium ysaac cuius natiuitati superuixit annis septuaginta quinque ysaac autem sexagenario nascuntur ei filij gemini Primus Esau qui et Edom a quo genus Edomeorum 29 Jacob qui et israel a quo israhelite qui nunc Judei cuius anni numerantur vsque ad principatum filij sui Joseph centum viginti vnum huius temporibus regnum argiuorum sumpsit exordium quorum primus yorachus apud argos regnauit quorum inueniuntur omne tempus annorum trecentorum octuaginta duorum

Abraham autem centum septuaginta quinque annos habens repromissionis ad se facte anno 100 et anno quo ysaac a 4 Nuo tpe ... repis et egip to primum deus putatus est quem quidam serapim vocauerunt Anno autem 140 ysaac anno vero nonagesimo secundo Jacob Natus est yoseph postea ysaac centum 80 annorum moritur derelinques filium Jacob habentem annos centum viginti Joseph autem dux egipti constitutus cum esset annorum triginta rexit eam annis octoginta Cuius patre tunc secundo anno famis ingressus esset egiptum interrogatus a pharaone quotum annum ageret respondit se esse annorum centum triginta Et hic attende circa hoc tempus aliqua commeta fuisse que huius famis seu sterilitatis causa esse potuit 16

Ad iam ad Moysi tempora transeamus qui vt predictum est a repromissione facta Abrahe de egipto egressus est anno quadringentesimo tricesimo cuius tempore regnum athenensium sumpsit exordium in Acta que nunc Actica nuncupatur in qua primus regnauit Cicrops quo regnante primum in attica oliua nata est et ex minerue nomine que grece dea est Athena Athene nuncupate sunt hic quoque primus bouem immolans Jouem appellauit et Cicropia ab eo regio dicta appellata est 17

Sit autem signanter aduertendum quod Eusebius in prologo sue cronice cum Porphirium impium quarto operis sui libro diffuse prosequitur ostendens Cicropem vt dictum est Moysi coetaneum fuisse et antecedere troyanum bellum 340 annis Vnde Moyses omnibus quos greci antiquissimos putant senior reperiendus Homero videlicet et Herodocho troyanoque bello ac multum superior Hercule ... Museo ... Orpheo Castore Polluce Esculapio libero Mercurio Appolline et ceteris dijs gencium Sacris quoque vel vatibus Ipsius quoque Jouis gestis que grecia in arthadium collocauit Nam hic Cicrops primus sic dictum est Jouem appellauit Galantra reperit aram statuit victimas immolauit Nequaquam istius modi rebus in grecia vnquam visis Certa vero que apud grecos mira iactantur posteriora Cicropis annis deprehenduntur et quanto Moysi qui cum eodem fuit Post hunc enim desribitur

diluuiu sub deucalione incendiu
sub phetonte Erichonius Vulcani
et terre filius Dardanus bz qui dar
daniam condidit de quo homerus
que primu genuit celesti pepit' arte
liberis ꝙꝫ raptus et europe sacca
ceteris atz ipsidis delubrum in Elensi
na fermenta triplemi Regm
dy natu ganimedem ad sidra raptu
vina Jouis magnus voluit sinde
mensis Quo tpe Tantalus ꝙꝫ ꝛ
tiaus fuerunt ꝛ appollo natus est,
Post quos Cadmus thebas venitq
semelem genuit de qua pulcria
ples liber ꝯdignam partu tulit
edita fengem Porro tunc etiam
zotus ꝛ amphion Museus orphe
us Cazimos Perseus Esculapius
gemi castores hercules cu quo Ap
pollo seruiuit admeto post ducentesim
anno cecropis fuit Post quos fca est
troyane vrbis excisio quam homerus
longo sequitur interuallo homerus at
solone et thalete milesio cetisqꝫ q'
cu his septem sapientes appellati sunt
multo por repit' Deinde ve Pitagoras
qui se no sapiete vt pores sz phm
i amatorz sapie dice voluit qui secu
tus e Socrates qui platonem erudiuit
a qua famosa ptes phia diuisa est
hos aut singlos in suis Eusebius loc
inseruit scdm ordinez historie Ad multa
igit' de his mirabilibus mdi que h'
inciderit temporibus plurima qꝫ alia de
quibus sac narrat historia que hic bc
intat' gra subtiecimus Continere potue
rut aliqua quinctores maiores Reno
lucides ꝙꝫ Satin que a gesta vsqꝫ ad
qutam commictes maxima miuencrut
Quas et verisile est excisionis tro
yane peiales causas fuisse Quam
pcessert diluuiu sub deucalione in
tessalia ꝛ incendiu sub phetonte in
ethiopia ꝙꝫ multe pestilentie locales
vt plo incorat pfecerunt 18

Archas ꝛ filius Jouis ꝛ calisto pelas
gis indicione reduct' regione eoꝝ Ar
chadiam nuncupauit Egiptus q prius
aerie dicebat' ab Egipto tur sibi co
regnante accepit cui datu e regnu
excetto dano Et eisd temporibus dardanus
Jouis filius ꝯdidit dardania Quo
tpe Moyses obyt an centu viginti
essꝫ annorꝫ Circa id tempus Argis reg
nauit Belamus que argini eu de
impio pepulissent expulsus egipto
hinnesꝫ quiqꝫ libri Moysi ꝯtinent
gesta annorum 3130 scdm septuagin
ta seniorum interpretatoem hebreoꝝ pgt
Moysen constitunt' Jhesus ꝛ eod
tpe apud eos Eleazar susceptit po
ntificatu Et pgt eos aly quos ꝯmeo
rat historia ad qua de his remit
timus Nouu tam ꝙ pgt Mosth he
brei ab Alienigenis in dicione redat
ti sunt annis viginti qui quinqꝫ
temporibus Delbore ꝛ Barath scdm inde
orum editom Circa id tpus Minda reg
nauit in frigia In dardania ꝙꝫ reg
nauit Ilus filius Troy a quo ilium
nuncupatum est Tunc argiuorꝫ reges
defecerunt qui imparunt annis
·ccxl· In micenas argiuoꝝ translato
imperio cui primus pfuit Eusts Cutis
teus hebreoꝝ iudice abimalech fi
lio gedeonis annis tribus successit ei
thola annis viginti duobus Circa
id tpus hercules Antheum interfecit
ilium vastauit Porro in dardania
pgt laomedontem regnauit priamus
thezeus helena rapuit hercules
cu in morbum incidissꝫ pestilente ob
remedium doloꝝ se iecit i flamas
anno sue etatis quinquagesimo scdo
imperante micenis Agamenone Me
nelao vo in lacedemone Quo tpe
hebreoꝝ iudex Esebon pfuit annis
septem quem pcessit septe annis
sex qui in libro iudicum ab etate Moysi
vsqꝫ ad semetipsum aut supputari an
nos trecentos 19

D Eint vincte Moyse La
cedemon ꝯditor a Lace
demone semele filio
Erichtonius Vulcani ꝛ
minerue filius q' ab
homero filio Erictheus
vocat' his temporibus fuit

Anno quintodecimo Regni Me
nelai capta e Troya
Nam rapta helena tro
yanu bellu decennale
surrexit causa mali qd
tum mulieꝝ de pulcrine

etarum primi fuit hoc tempore hebreorum
iudex abdon prefuit annis octo tunc
vero Troya post decennalem certamen
et cedes infinitas ad vltimam perdicione
tamen capta et destructa est A cuius
captiuitate vsque ad natiuitatem christi col
liguntur anni · l 10 vsque vero vltimam
Vrbis etatem inueniuntur anni 8 3 2 Ita
quod tempus natus est Abraham vnde patet
quod hec troye captiuitatis 100 tamen
plus annis quantum maximam grue
tione precessit Abhinc vero Regnum la
tinorum qui postea Romani nuncupa
ti sunt exordium ponitur Apud quos
Eneas a troya profugus et ytalia
petens post tertium annum captiuitatis
Troyane siue vt quidam dicunt 8 m
regnauit annis tribus Cum ante
enim regnassent ibi Janus Satur
nus Pitus faunus · Latinus annis
circiter centum quinquaginta Post lap
don iudicem hebreorum eos iudices
regunt alienigene annis quadra
ginta qui copulantur temporibus iudi
cum posteriorum secundum iudeorum tradiciones
Postea hebreorum iudex sampson an
nis viginti qui fortissimus omnium fuit
ita quod a quibusdam facta eius cum
gestis herculis comparantur Post sam
son prefuit populo hebreorum hely sacer
dos annis quadraginta secundum hebre
os hoc tempore Siluius derelicto lauinie
nouerce sue regno lauini albam
condidit qui Julium filium procreauit a
quo familia Juliorum orta est et propter
etatem prioli qua non dum ad re
gendum ciuibus ydoneus erat · siluium
posthumum fratrem suum Regni
reliquid heredem hic est post mor
tem Enee patris sui editus Rure
fuerat educatus et siluius et posthumi
nomen accepit a quo omnes Alba
norum reges silui vocati sunt hic
stanorum reges defecerunt qui regna
uerunt annis 9 6 2 post quos sacer
dotes Carini constituti sunt qui prefue
runt annis triginta tribus defecit ergo
regnum Atheniensium quorum omne tempus
inuenitur annis · l 2 9 Ex quibus mani
feste patet circa hec tempora quantum maxi
mam commutacionem fuisse 20

Ante igitur commutacione
Supradicta erat anno a
principio mundi l 1 6 0 a
diluuio vero anno · 1 9 1 8 ·

vel paulo ante aut saltem quantam commuta
tionem tempore eque magnas in regnorum
mutaciones precessisse notamus et post
eam magnas subsequi infra nobis dicen
da manifestat Mortuo enim hely sacer
dote de quo supra archa testamenti
ab alienigenis possidetur Postea Sa
muel propheta et Saul primus rex hebre
orum prefuit populo annis · 20 hic exor
dium Regni lacedemoniorum in quo pri
mus regnauit Euristeus et etiam co
rinthiorum in quo primus regnauit a-
lethes Homerus quoque his fuisse temporibus
iudicatur de qua apud veteres magna
dissonancia fuit Postea hebreorum
rex primus de tribu Juda dauid regnauit
annis xl·ta quo tempore prophetabant Gad
Nathan Asaph Deinde Carthago
condita est vt quidam volunt a Car
thedone tirio At vero alii a didone
filia eius anno 1 l 3o post troya
num bellum · Post hec annis circiter
20 hebreorum rex Salomon filius dauid
regnauit annis 40 qui templum
in ierusalem edificauit consummauitque
opus anno · 9o Colligitur autem omne
tempus a Moyse et egressu filiorum israel
de egypto vsque ad principium templi annis l 8o
vt regnorum liber tercius testatur
A diluuio vero vsque ad Moysen 1 l l 1
Ab adam vsque ad diluuium anni 2 2 l 2
fuerunt simul omnes anni l 1 6 9 · 21

Post morte Salomonis
sedicione orta in gente
Judeorum et regno diui
so Roboam filius Salo
monis regnauit annis
17 in ierusalem duabus tribubus si
bi subiectis que vocabantur
Juda ob gentes Judeorum qui ex
Jude stirpe descendant decem
autem tribubus que in samaria
erant et vocabantur israel regnauit primus
Jeroboam annis · 22 Quo tempore rex egipti
contra Judeos dimicans templum spo
liauit Postea vero annis circiter 30
regnante apud Judeos Jeroboam
Sardanapallus Tharsum atque An
chialon vrbes condidit et in prelio
victus ab Arbace medo se ipsum incen
dio concremauit et in eo regnum
Assiriorum deletum est vsque ad id
tempus reges Assiriorum fuisse historia
refert Et fuere simul anni Regni Assiriorum

a primo anno Mundi mille ducenti xlta
Arbaces vero Medus assiriorum imperio
destructo regnum in Medos transtulit Ma
cedonum quoque Regnum hic sumit exordium
In quo primus Caranus regnavit circa
hoc tempus prophetabat apud hebreos
Osee Amos ysaias Jonas ligurgi
leges in lacedemone hac etate sus
cepte sunt Hoc tempore Numitor proce
superiorum latinorum regum maior filius a fratre
amulio regno pulsus in agro suo vixit
cuius filia adimendi partus gracia
virgo vestalis effecta Que cum geminos
edidisset infantes iuxta legem in terram
viva defossa est Cuius prolis iuxta ri
pam tiberis expositos faustulus pas
tor uxori sue detulit que propter pulchri
tudinem et rapacitatem corporis questuosi
lupa a vicinis appellabatur Unde ad
nostram usque memoriam meretricum cellule
lupanaria appellantur Pueri autem
cum adolevissent collecta pastorum et
latronum manu interfecto apud albam
amulio avum in regnum restituunt Circa
post lidorum regnum exordium capit in
quo primus regnavit aliattis hic la
cedemoniorum reges defecerunt Et hic
usque eusebii cronica per decadas 124
digesta est Ab hinc per olimpiades
distincta A captivitate vero troye usque
ad primam olimpiadem fuerunt anni
405 qua etate Iohatan regnabat
in hierusalem et prophetabat Osee
Johel ysaias obeth 22

Prope hoc tempus
Roma condita est an
no mundi 4484 in quo
primus Romulus reg
nat Sabine rapte
sunt ab anno ab urbe condita
3o Et hic regnum Romanorum
sumpsit exordium quod prius latinorum
nomen habuit Nam ubi nunc Roma
est latini reges prius edificaverant civi
tatem Sed eam ampliavit Romulus
et muris cinxit De quibus lucanus
scribens primi maduerunt sanguine mu
ri quia ibi Remus interfectus est fratre
Romuli Hoc tempore Romuli ultimus regum
israel fuit Osee in quo regnum israel de
fecit et captivitas prima facta est de
cem nacionum gentis Judee que vo

cabantur israel et erant in parte samarie
ipse hoc tempus victe a Salmonazar rege
Caldeorum translate sunt in montes Me
dorum Regnavit quoque in Samaria annis
240 Predictus autem rex Caldeorum ad
custodiendum regionem Judeam Accolas
misit Assirios Unde samarite vocati sunt
quod in latina lingwa exprimunt custo
des Emulatores quoque Judee legis facti
sunt Romulus apud paludem capree
inspirari comparuit Et suadente Julio
pauli quirini nomine apud suos consecra
tus est Cui successit Numa pompi
lius qui duos menses anno addidit
Januarium et Februarium Capitolium quoque
a fundamentis edificavit hic nullum cum
finitimis bellum gessit Cuius tempore Sibilla
samia insignis habetur Manasses
quoque rex hebreorum impius ysaiam prophe
tam interfecit Statuam quoque suam in templo
posuit Postea annis circiter 32 Mede
niensium reges et principes defecerunt
post quos Athenis annui principes
constituti sunt et novem ex nobili
oribus electi prefuerunt post hec Ita
Hieremias prophetabat et Sophonias
123
Anno 3o Ioachim regis
Juda Nabuchodonosor rex
Babilonis Judeam cepit
et mediam suam etatem
tis intus Judeorum cum
eciam partem vasorum
templi in assiriis et tributarium
fecisset Joachim victor ad patriam rediit
Tunc in Babilone Daniel Anani
as ysarias Misael clari habentur
Post Joachim regnavit Sedechias
quem rex Babilonis captivum in babi
loniam duxit oculos quoque eius eruit prophe
tabat tunc Hieremias et Baruch
Postea consumatur captivitas Judeorum
Sed quando Nabuchodonosor rex Caldeorum
Jerusalem captis templum incendit quod
ab initio edificacionis sue manserat
annis 443 Et perseveravit desolacio
templi per annos septuaginta usque
in 2m annum Darii Sic ergo Jerusalem
capta ab Assiriis Judeorum regnum
defecit Ex premissis autem patet quod a di
luvio fuerunt anni 1921 usque ad
primam edificacionem templi a qua usque
ad eius destructionem ut dictum est

fuerunt anni lxx qui simul sunt anni duo milia trecenti sexaginta nouem cum computacionem concordant etc. Alfonsi qui ponit a diluuio usque ad Nabuchodonosor annos duo milia trecentos quinquaginta quinque in mensibus nichil dies decem etc. non differt a dicta computacione nisi de quatuordecim annis qui inueniuntur potuerunt a principio regni Nabuchodonosor usque ad dictam destructionem templi. Mortuo Nabuchodonosor Babiloniorum rege uno in medio successit filius eius Baltizar sub quo Daniel eam septuaginta que in pariete apparuerat interpretatus est significante imperium Caldeorum in medos et persas transferendum. Cito post Cirus medorum destruxit imperium qui hebreorum captiuitatem relaxata 4000 fere hominum regredi fecit in Iudeam. Cum consecrato altari templi fundamenta iecerunt. Sed impedientibus vicinis gentibus imperfectum opus usque ad Darium permansit. Colligitur autem omne tempus captiuitatis Iudeorum anni septuaginta qui secundum Iosephum a trigesimo anno Ioachim usque ad vicesimum annum Darii regis persarum computantur. Prophetabant tunc apud Iudeam Aggeus et Zacharias.

Egyptiorum dinastia xx ... tio viginti septem Regibus egipciis deficientibus regnum egypti persis cessit quod obtinuit Cambises et posteri eius usque ad Darium filium Xerxis annis centum. Anno uero secundo Darii templum in Hierusalem extruitur a Zorobabel consumaturque opus annis xl quod prius sub Ciro exordium habuit. Ciro regem Thamiris Regina Massagetarum interfecit cum filiis persarum. Successit in regno Cambises filius eius quem aiunt ab hebreis secundum Nabuchodonosor vocari sub quo Iudith historia scribitur et olofernis. d 27

Romanorum reges prophetantibus apud Iudeos Aggeo et Zacharia defecerunt et ceperunt consules pulsis urbe regibus vixit usque ad quingentesimum lapidem Roma tenebat imperium Romanorum reges vii a Romulo imperauerunt usque ad Tharquinum superbum annis

Dictatus quadraginta vel 2lz Primum a Bruto esse ceperunt. Deinde tribuni plebis ac dictatores et rursum consules Rem publicam obtinuerunt per annos ccce usque ad Iulium cesarem qui primus singulare arripuit imperium olimpiade 182 censu Rome agitato inuenta sunt hominum 120000. Tempore quo tribuni plebis Rome facti sunt creatis consulibus Neemias hebreus minister vinarius Artharxersis Regis concedente domino suo 20o eius anno venit Iudeam et anno eius trecesimo secundo muros urbemque restituit. Huiusque diuine scripture annales tempora continent. Ea uero que postea apud eos gesta sunt prosequitur Eusebius ex libro Machabeorum et Iosephi et Affricani scriptis qui deinceps vniuersam historiam usque Romana tempora descripserunt. Neemiam qui muros Ierusalem consumasse opus anno 32 Artharxersis regis persarum Esdras commemorat. Sed nimirum ab hoc tempore lxx ebdomadas a daniele conscriptas inuenies que faciunt annos 420 reperiesque eas in regno Neronis expletas sub quo Ierusalem obsideri capta est 2o postea Vespesiani anno capitur. Postea circiter per 20 annos Egyptus a parthis recessit et regnauit in ea Amartheus. Cito post Artharxersem Darii filius persarum 119 regnauit sub quo historia que in Hester legitur completa est. Nam ab Hebreis Assuerus et a lxx interpretibus Artharxersis nominatur. Circa hoc tempus Socrates, Democritus, Dyogenes, Timeus, Aristippus insignes habentur. Galli Senones Romam inuaserunt excepto Capitolio. Plato deinde primus agnoscitur. Quo tempore tribuni militantes Rome pro consulibus esse ceperunt. Eo tempore magno terremotu plures vrbes absorpte sunt. Postea Aristotiles 18 sue etatis anno platonis auditor efficitur. Camillus gallos qui bellum Romanis inferebant superat. Quo tempore Dyonisius Sicilia pellitur. Ochus a persismo Iudeorum capto in Hircaniam accolas translatos iuxta mare Caspium collocauit

26
[A]lexander Philippi et
Olimpiadis filius nas-
citur 106o olimpiade
Dyonisius Siracusis
interimitur cuius filio
Siracusis tunc tiran-
dem exercet Ochus Egiptum postea
tenuit Nectanabo in Ethiopiam
pulso in quo Egiptiorum regnum destructum
est Romani Gallos superant Plato mo-
ritur post quem Achademiam Speusip-
pus tenuit postea descriptione Rome facta
inventa sunt civium 164000 Speu-
sippus moritur cui successit Zenocra-
tes sub olimpiade 110 Macedonum
Alexander Philippi filius regnavit
annis 12 mensibus sex Idem capta
Thiro Iudeam invadit a qua favora-
biliter acceptus deo victimas immolat
et pontifice templi honoribus pluri-
mis prosequitur Andromato locorum
custode dimisso quem postea Samari-
tani interfecerunt ob quam causam ab E-
gipto reversus Alexander Magnus
eos suppliciis afficit et urbem eorum
captam Macedonibus ad inhabitan-
dum tradidit Alexandria in Egipto ab
Alexandro condita est anno septimo regni
eius quo tempore eciam Latini a Roma-
nis perdomiti sunt 21

[A]lexander obtinuit Ba-
bilonem interfecto Da-
rio in quo regnum Persarum
destructum est Et reg-
nat Asie anno sui
regni 1o et tenet
omnia regna usque in Indiam sibi sub-
iecta Hircanos et Mardos capit
Indum amnem transgreditur bellaque
plurima in India peregit Ipse 32o eta-
tis sue anno in Babilone moritur post
quem translato in plures imperio diu si-
mul regnaverunt Nam in Egipto Ptholomeus
Lagi filius regnavit Macedonibus
Philippus frater Alexandri Lidiam et
Traciam et Celos ponto Lisimachus
tenuit Ptholomeus Lagi filius Hieroso-
limis et Iudea in dicionem suam redactis pluri-
mos captivorum in Egiptum transtulit The-
ofrastus philosophus agnoscitur quo a divi-
nitate loquendi ut aiunt greco nomen ac-
cepit Machabeorum historia hic ceterorum
supputat regnum verum hii libri in-

divinas scripturas non recipiuntur ut ait
Eusebius Seleucus Antiochiam Lao-
diciam Seleuciam Apamiam Edissam
Beroeam et Pellam urbes condidit
Ipse quoque Babilonem obtinuit Circa hec
tempora censu Rome agitato inventa sunt
Romanorum 210000 Legati Alexan-
drini tunc a Ptholomeo primum Roma
missi amiciciam impetraverunt Seleu-
cus in eas urbes quas extruxerat
Iudeos transtulit et honoravit Ipse quoque
in Silicia Demetrio subiecto Sirie et Asie
preest imperavit Ptholomeus Philadel-
phus Iudeos qui in Egipto liberos ec-
primsit et sub Eleazaro pontifice di-
vinas scripturas in grecam vocem ex
hebrea lingua per septuaginta interpretes
transferre curavit quos in Alexandria
habuit et ibi bibliotecam ex omni ge-
nere litterarum comparavit 28

[C]irca hec tempora sextam
commetorum maximam
consignamus quia fu-
isse dicimus anno
mundi 4120 a diluvio
anno 2618 vel prope
et hec sunt ante Christi incarnacionem an-
nis circiter 224 Unde sub 133a olimpi-
ade vel prope sunt predicta commetio na-
ab ea usque ad olimpiadem sub qua
natus est Christus inveniuntur 46 olim-
piades que sunt anni 225 vel for-
te propinquius signari posset dicta co-
mecio sub olimpiade 138 Ante hanc
autem et post plures fuisse magnas
et miras mutaciones iam dicta et inferius
dicenda manifestant Romani sub
130 olimpiade Carthaginenses na-
vali bello superant et centum libie
urbes capiunt Sed cito post Carthagi-
nenses 90 Romanorum naves in Si-
cilia capiunt Metello consule in fu-
gam versi Parthis a Macedonum
imperio recedentibus primum regnavit
Arsaces unde et Arsacide dicti sunt
Iudeorum pontifex Onias clarus ha-
betur Qui consueta Ptholomeo re-
gi tributa non reddens ad iram eum impu-
lit Verum Josephus vir inter suos
nobilis legatus a Iudeis ad Ptho-
lomeum missus eius familiaritatem regis
meruisset dux Iudee et regionum fini-
marum constituitur Iudeorum pontifex
Symon Onie filius clarus habetur
sub quo Iesus filius Sirach sapiencie
librum componens eciam Symonis facit

in etom circa id tempus xl ta fere milia Gallorum a Romanis fuerunt cesa Caria et Rodus ita teremotu concusse sunt ut colossus magnus rueret Alexandrie et egipti ptholomeus philopator regit sub quo ea que 3o libro Machabeorum scripta sunt gesta feruntur Quo victo Anthiochus rex sirie iudeam sibi sociat Romani consule marcello siracusas capiunt subiugantque capuam et ytaliam Alexandrie et egipti quintus ptholomeus epiphanes destinatus principe milicie iudeam capit Epiphanias sirie anni xxxviii sub 148 olimpiade sirie et Asie Seleucidis Seleucidus quidem epiphilopater regnat Unde et secundus liber Machabeorum apud iudeos huius temporis continet gesta Titus liuius clarus habetur cum ab Anthiochio legatos hanibal repostulatur Cum se a cipione victum sciret ad regem bithinie confugit Que cum rursus ab eo senatus repetit et tradendus esset venenum bibit et apud libissam bithinie sepultus est Hic tempore ob sacerdotii et pontificatus iudeorum ambicionem orta sedicione ingentium miseriarum semina pullularunt Anthiochus omnem iudeorum prouinciam ad ydolatriam compellens qui patere noluerunt necat Postea hierusalem ascendens templum et vasa dei vastat In templo Iouis olimpii ponit In samaria super verticem montis somis delubrum edificat sperans samaritanis ut id facit precantibus ipsis Mathatias filius simeonis cum filiis leges patrias vendicauit olimpiade 153 Ennius poeta septuagenario maior articulari morbo periit sepultus in Scipionis monumento via appia 21

Macedonum regnum desinit 153 olimpiade Nam Romani interfecto perse Macedones Illirios et galleos liberos esse iusserunt Apud iudeos defuncto Mathatia filius eius Iudas Machabeus iudeorum dux fuit hic duces anthiochi de iudea expellens et templum ab ydolorum ymaginibus emundans patrias leges post tempus suis ciuibus reddidit olimpiade 154 Alchimus alienus a sacerdotali genere ambitiose pontificatum inuadit Cum aduersus iudam

Machabeum innumeras gentes victo post dei iram persensus interiit et sic cum omnium iudeorum fauore iude Machabeo sacerdocium decernitur Qui dum in te sacerdote suscepta legatos Romam dirigit decernitque senatus iudeos amicos et auxiliatores Romanorum haberi Terentius comediarum scriptor in Archadia moritur Iudas aduersus Demetrium et eius duces inito prelio occiditur tercio anno pontificatus gesto post quem frater eius Ionathas dux iudeorum factus bachide duce demetrii a iudea expulso pontificatum suscepit Descripcione Rome facta inuenta sunt hominum 327000 sub olimpiade 158 Tunc Carthago in dicionem Romanorum in Scipione redigitur a conditione sui annos 668 vel secundum alios 648 Scipio numantinos subiuit Ionathas dux iudeorum pariter et pontifex cum Romanis et spartiatis amicicias facit Qui a triphone dolo interficitur Ceterum primus liber Machabeorum huius temporis historiam continet Iohannes dux iudeorum et pontifex aduersus hircanos bellum gerens hircani nomen accepit et cum Romanis amicicias gessit Hic samariam obsidione solo coequauit quam a postea herodes restaurans sabaste in honorem augusti appellari voluit In affrica contra Romanos dimicans capitur Rodo teremotu concussa collosus ruit Cicero arpini nascitur 30

Iudeorum aristobolus filius Iohannis rex pariter et pontifex primus apud iudeos diadematis sumpsit insigne post 484 annos babilonie captiuitatis post quem regnauit Iannes cognomento Alexander qui pontificatum adiunxit crudelissime ciuibus prefuit Ducenta milia cymbrorum cesa et 80 capta per Gayum marium hic quinquies consul iam theraclamium cymbros superat et postea de eis cum Catulo triumphat Nouissime siria possessa per leges in Romana dicione cessit Descripcione Rome facta sunt hominum 463000 Salustius crispus scriptor historicus nascitur Silla athenienses vastat qui demum Roma obtinuit et post biennium moritur Lucius lucullus primus imperator

appellatus est victa armenia et mesopota
mia pompeius vniuersam hiberiam
subiugauit Virgilius Maro non procul
a Manthwa nascitur et Marcus
porcius Catho philosophus agnoscitur, et an
thiochia sirie a Romanis capitur 31

Postea Iudei vectigales
facti sunt et pontificatum
apud eos suscepit
hircanus tempore isto et a
ristobolus filii alex
andri contra se de imperio
dimicantes occasione prebuerunt Ro
manis vt Iudeam inuaderent Itaque
Pompeius hierusolimam veniens
capta vrbe et templo reserato vs
que ad sancta sanctorum accedit Aristobolum se
cum vinctum adduxit pontificatum confirmat
hircano Deinde antipatrum procuratorem
palestine facit et Iudeos tributarios Ea
que de catthilina salustius scribit et
cuncta gesta sunt hoc tempore Oracius fla
cus nascitur Virgilius cremone
studiis eruditur Cesar venit in silentes
germanos vastat et gallos capit hic
principium belli ciuilis Cesaris et pompeii

32 Eunde Kaydus Iulius ce
sar primus ex Romanis
singulare obtinuit impe
rium a quo cesares Romanorum
principes appellati sunt
et imperauit annis quatuor
mensibus septem Pompeius prelio
victus et fugiens a predonibus alex
andrini regis occiditur Cesar in egipto
cleopatre regnum confirmat obstupui
gream Anthonius decreuit quintilem
mensem Iulium debere dici quia in eo fu
isset natus Iulius cesar qui ydibus
Marcii in curia occiditur Cuius corpus
in rostris ob honorem concrematum est Ro
me tres simul exorti soles paulatim
eundem orbem coierunt Inter cetera portenta
que in toto orbe facta sunt. bos in
suburbano Rome ad Arantem locutus
est frustra se vrgeri non enim frumenta
sed homines breui defuturos 33

Romanorum secundus Oc
tauianus imperauit
Augustus cesar an
nis quinquaginta sex
mensibus. a quo au
gusti appellati sunt

aduersus eum anthonius bellum mouet
Cicero occiditur sexagesimo quarto etatis
sue anno Ouidius naso nascitur de
taberna emitoria trans tyberim era
erupit fluxitque toto die sine intermissione
significans Christi graciam ex gentibus
Anthonium superat Augustus interueniente
te senatu in amiciciam cum eo egreditur
Secunda secessio augusti et Anthonii fa
cta Salustius obiit quadriennio ante
ante acciacum bellum 3e

Antigonus contra Iudeos di
micans tandem occiditur
a quo vsque in presens tempore
hierusalem regnum destru
ctum est Sequitur herodes
post eum a Romanis
constitutus est princeps alienigena
ciet autem illis fantastica et men
dacia signa et prodigia multa super
terram Et hiis seducet si fieri potest et
electos sicut dominus explanauit Ingre
dietur hic in Jherusolima et sede
bit in templo dei sicut deus cum sit
homo carnalis Cumque multipli
cata fuit fuit tribulacio dierum illorum
non finet diuinitas filio perdicionis
apparere perdicionem generis humani sed
mittet famulos suos Heliam
et Enoch ad arguendum inimicum
et ostendendum eum mendacem in
aspectu omnium gencium quos in furore
et ira interficiet Tunc apparebit signum
aduentus filij hominis et veniet
in nubibus celi cum gloria Et interficiet
eum dominus spiritu oris sui secundum exposi
cionem Apostoli Tunc fulgebunt
iusti tamquam stelle Impij autem proici
entur in infernum a quo nos eripi
at qui est benedictus deus in secula seculorum Amen


Explicit tractatus de concordia
astronomice veritatis et narracionis
historie ab eodem domino Camera
cense editus Basilie 10 Maij
anni 1414.











Ymago mundi seu eius
ymaginaria descriptio
ipsum velut in quo-
dam speculo representans
non parum utilis esse videtur
ad divinarum scripturarum
elucidacionem cum in eis de partibus
ipsius et maxime de locis terre habi-
tabilis mencio sepius habeatur. Ideo
tractatum hunc scribere et in eo que a sapien-
tibus super hac materia diffuse scripta
sunt breviter ac veraciter colligere dig-
num duxi ipsum in sexaginta distin-
guens capitulis. Primum capitulum
de mundo et partibus eius generaliter
Secundum capitulum de circulis aliisque parti-
bus in celo ymaginatis
Tercium de cursu solis et eius ...
Quartum de quatuor elementis et eorum situ
Quintum de quantitate terre et eius mensura
Sextum de divisione totius terre
Septimum de varietate opinionum circa ha-
bitacionem terre
Octavum quantitate terre habitabilis
Nonum de divisione terre habitabilis
per climata secundum astronomos
Decimum de longitudine et latitudine
climatum / post climatibus
Undecimum de anteclimatibus et
12m de locis inhabitabilibus
13m de differencia locorum habitabilium
14m de divisione terre per 3 partes secundum
cosmographos
15m de partibus Asie et primo de India
16 de mirabilibus Indie / de Perthia
17m de partibus Asie post Indiam et primo
18m de Mesopotamia et eius regionibus
19m de Siria et eius provinciis
20m de quantitate terre promissionis
21m de Egipto / secundum Orosium
22m de regionibus Egipto adiacentibus
23m de predictis regionibus secundum Isidorum
24m de quibusdam regionibus predictarum regionum
25m de Asia minore et eius provinciis
26m de Europa et primo de eius parte bar-
barica // Barbariam secludit
27m de provinciis quas Danubius a
28m de Grecia et eius provinciis
29m de Ytalia et eius provinciis
30m de Gallia et eius provinciis
31m de Hispania et eius provinciis
32m de Affrica in generali
33m de provinciis Affrice et primo de Cironensi
34m de Tripolitana et Bizancio
35m de Carthaginensi et Numidia
36 de Mauritania et partibus eius
37m de Ethiopia et partibus eius
38m de famosis montibus
39m de famosis promontoriis
40m de insulis Occeani orientalibus
41m de insulis Occeani aliisque
famosis // specialiter
42m de Taprobana insula Indie //
43m de insulis maris Mediterranei #
44m de Cicladibus insulis # et primo de Cipro
45m de Sicilia et insulis propinquis
46m de Sardinia et Corsica
47m de insulis Massilie et Hispanie
48m de insulis minoribus magis famosis
49m de aquarum varietate et primo de Occeano
50m de mari Mediterraneo / rubro
51m de finibus maris et specialiter de mari /
52m de estibus et fluxibus maris
53m de lacubus et stagnis et primo de mari
mortuo // et primo de mari Caspio
54m de lacubus et stagnis principalibus //
55m de fluminibus et primo de Nilo
56m de fluminibus paradisi
57m de aliis fluminibus Asie
58m de flumine Jordanis specialiter
59m de fluminibus Europe et Affrice
60m de ventis et eorum distinctione
Sequentes tabule sunt de quo in 10 capitulo

Tabula latitudinis climatum

Primi climatis	7	45	440	220
Secundi climatis	7		400	200
Tercii climatis	6	50	350	175
Quarti climatis	5	20	300	150
Quinti climatis	4	30	255	127 et semis
Sexti climatis	3	45	212	106
Septimi climatis	3	15	185	92 et semis
Omnia simul	37	20	2142	1071

Ex hac tabula patet quod latitudo cli-
matum continet circiter 107 dietas
computando pro dieta decem leucas
Tabula elevacionis poli super quolibet
climate in principio medio et fine
Nota non est elevacio poli super ori-
zontem tantum quantum distancia inter ce-
nith capitis et equinoxialem
Sequitur tabula de qua 9 capitulo facta est mencio

Principium	Medium		Finis			
	Gradus	Minuta	Gradus	Minuta	Gradus	Minuta
Primi clima	12	45	16	36 ⁊ sexte	20	30
2m clima	20	30	34		27	30
3m clima	27	30	30	35	33	40
4m clima	33	40	37	20	39	
5m clima	39		41	15	43	30
6m clima	43	30	45	22 ⁊ sexte	47	15
7m clima	47	15	48	52 ⁊ sexte	50	30

Secundum auctorem de spera in medio primi climatis dies prolixior est 13 hore, in medio secundi 13 hore cum dimidia, Tercij 14 hore et dimidia, Quinti 15 hore, Sexti 15 hore cum dimidia, Septimi 16 hore. Sed tamen assignacio mediy climatum non est precisa via secundum veritatem propria. Ideo precisa fit per principium climatum et finem septimi ut sequens tabula docet.

Tabula prolixioris diei in principio cuiuslibet climatis

Principium	hore	Minute
Primi climatis	12	45
Secundi climatis	13	15
Tercij climatis	13	45
Quarti climatis	14	15
Quinti climatis	14	45
Sexti climatis	15	15
Septimi climatis	15	45
Finis	16	15

Post climata vero crescunt [?] prolongantur dies estatis usque ad polum articum et sub circulo artico sole existente in primo puncto cancri habet dies 24 horas. et econverso sole existente in primo puncto Capricorni nox habet 24 horas. Sub polo vero artico contingit quod una medietas totius anni est una dies artificialis et alia medietas est una nox

Mundus est figure sperice seu rotunde multarum varietate perum [?] exornatus Primo ex quatuor elementis terra aqua aere et igne deinde ex nouem celis scilicet ex celo Lune Mercurij Veneris Solis Martis Jovis Saturni firmamenti et primi mobilis. Ultra quod ponunt quidam philosophi celum decimum immobile super unum esse dicitur celum cristallinum et deinde supremum celum empireum ubi est sedes dei habitacio sanctorum Sed hec ultima ad considerationem philosophorum et astronomorum naturaliter loquendo non pertinet. pauci etiam astrologi considerant de celo decimo immobili. sed reliqua novem sunt de eorum speculacione. Dum primo ponunt nonam speram seu primum mobile ubi nulla apparet stella cuius motus est regularis et uniformis circuiens in die naturali totam terram et raptu suo secum ducens omnes alias speras ab oriente ad occidens Post istud celum est octaua spera que vocatur firmamentum et stellarum celum cuius motus proprius et naturalis est contra primum mobile cum omnibus aliis speris stellis ab occidente ad oriens notari finitur. scilicet quasi incontrarium eius [?] non declinando Et dicitur iste motus firmamenti in centum annis fieri uno gradu super polis zodiaci secundum ptholomeum et secundum thebith super primis punctis Arietis et libre et ita eius completa revolucio fieri in triginta sex annorum milibus (scilicet platonis) que vocatur magnus annus Postea sunt septem spere planetarum supradictorum quorum motu proprio ab occidente in oriens revoluciones suas varijs temporum complent spacijs Ut Saturnus in 30 annis vel circiter Jupiter vero annis 12 Mars circiter annis duobus Sol uno Mercurius et Venus uno anno. Luna vero viginti septem diebus et quasi octo horis Et non quod quilibet secundum veros motus faciunt revoluciones suas redeundo de eodem puncto ad eundem punctum Ita quod saturni revolucio est 59 annorum Jovis Sed Martis 79 Veneris 8. Et Mercurij 46 Sed secundum medios motus revolvuntur ut supra dictum est dicitur de predictis speris et specialiter de octava est specialis intentio indicant astrologi quia eius influencia est valida et fortis et in ea vel sub ea sunt omnes stelle nunc quas antiqui sapientes posuerunt principales

nuo 1029 videlicet septem planetas
qui dicuntur erratice quarum mo
tus est diversus in diversis celis et
1022 que dicuntur fixe quarum motus est
est unus et distancie eiusdem. Et istas
posuerunt in 48 ymaginibus quarum
unamquamque nominavit nomine proprio
de quo vide ptholomeum dictione septima
et octava dictione almagesti
et earum ymaginum sunt 360 et 21
ymaginibus a via solis in septentrione
declinatibus quarum prima ursa est maior
ursa et alie 360 sunt in 12 yma
ginibus que signa dicuntur et
zodiacum constituunt quarum prima est
aries et alie 316 sunt in 15 yma
ginibus a via solis in meridie decli
natibus quarum una dicitur fortar
vel fora vel cete secundum ptholomeum et ita
sunt 48 ymagines seu stelle princi
pales ... astrologi licet autem
sunt alie plures non tamen sed ille no
tabiles in fluunt ... astrologi de
eis non multum considerant Sed hac ...
... ille sunt que in zodiaco posite sunt
dignio res existunt Quarum nomina sunt
hec Aries Thaurus Gemini Cancer
Leo Virgo Libra Scorpio Sagit
tarius Capricornus Aquarius Pisces
Que duodecim signa vocantur sub
quibus omnes planete circumferri di
cuntur Est igitur zodiacus celum velut
circulus firmamenti in quo est distinc
tio signorum sub quo est via planetarum
continens 12 gradus in latitudine
et 360 gradus in longitudine Signum
vero autem est duodecima pars zodiaci
in latitudine 12 gradus et in lon
gitudine 30 gradus continens Gra
dus autem continet 60 minuta et mi
nutum 60 secunda et tercia 60 tercia et
quarta 60 quinta et ita possunt dividi ul
terius et sicut de zodiaco ita de quolibet
alio celi vel alterius rei circulo spera
bilis potest fieri divisio similis Sed ul
tra predictam divisionem adhuc zodiacus
dividitur in duas partes quarum una
dicitur septentrionalis alia meridio
nalis signa unius partis dicuntur recte sig
ascendencia et alia alterius partis
indirecte Iterum dividitur in quatuor

quartas quarum quelibet habet tria signa
et correspondet quatuor temporibus an
ni ita ut una quarta dicatur ver
nalis calida et humida Yemalis
Alia calida et sicca estivalis etc
de aliis Iterum dividuntur signa et a
liis partibus zodiaci alie multe et
varie proprietates et virtutes ab astro
nomis assignantur que nec scitu
sunt credenda nec superbe contemnenda sed
de quibus tamen disputare non est propositi operis
Ad intelligenciam quorundam
precedentium aliquorum sequentium
ymaginandum est quod Si li
nea recta transiens per medium mundi
usque ad eius centrum super qua vol
vitur spera celi alias speras motu
diurno theorie est velut axis
mundi et duo puncta extrema sunt
eius poli qui non moventur Et
unus eorum vocatur polus articus
vel septentrionalis quia illa pars
celi dicitur septentrionalis propter istas
stellas que ibidem apparent et que
vocantur ... Et iste polus nobis
elevatur Alter autem punctus linee
sibi oppositus dicitur polus antarti
cus vel australis Circulus vero per me
dium polorum dictorum in spera celi transi
ens et ab eis equaliter distans vo
catur equinoctialis quia ibi existen
te sole noctes et dies per totum mundum
sunt equales Et sic hunc circulum
fit et mensuratur motus diurnus
Sed motus proprius solis et aliorum
planetarum qui non est directe de occidente
in orientem in contrarium primi motus sed
aliqualiter declinans mensuratur penes
circulum zodiaci sub quo moventur planete
Et idem intersecat equinoctialem in duo
bus punctis oppositis quibus divi
ditur hii duo circuli in duobus medietates
medietatibus Et declinat una pars zo
diaci ab equinoctiali tendendo versus
septentrionem et alia versus meridiem
Et consimiliter declinant poli zodiaci
elongando a polis mundi secundum quibus
polis zodiaci fit motus proprius planetarum
vel propter hii vero duo poli circa polos
mundi describunt per motum diurnum

Duos p(er) pol(os) circ(u)los quor(um) un(us)
qui est circa polu(m) articu(m) dicit(ur)
circulus articus et alt(er) opp(osi)t(us) circulus
antarticus. Duo ac puncta solsticia
or(um) p(er) eor(um) motu(m) diurnu(m) descri
bunt duos alios circulos qui vo-
cant(ur) tropici .i. conversivi quia sol
ibi existens convertit(ur) ad nutum
versus equinoctialem horum v(er)o
ille qui transit p(er) solsticium estiua
le .i. p(er) principium cancri vocat(ur)
tropicus estiualis et alt(er) tropicus
hyemalis Et hy quatuor circuli sunt
paraelli .i. eque distantes s(ecundu)m
suas p(ar)tes et dicunt(ur) mi(n)ores r(espect)u a(lio)r(um)
qui diuidit sp(er)am in duas me
dietates lic(et) possit diuidi i(n) totum
grad(us) (et) minuta p(ro)porcionabi(liter) sic
maiores Sunt aut(em) p(re)t(er) zodiacu(m) alii
(et) equinoctialem alii duo maiores
circuli s(cilicet) duo coluri meridianus
(et) orizon ymaginat(ur) ergo duo circuli
quor(um) unus transit p(er) polos mu(n)di
(et) p(er) polos zodiaci et p(er) duo pu(n)c
ta duor(um) solsticior(um) s(cilicet) p(er) p(ri)mu(m)
punctum cancri (et) p(er) p(ri)mu(m) punctu(m)
capricorni Et alt(er) transit p(er) polos m(un)
di et p(er) duo puncta equinoctialia
s(cilicet) p(er) p(ri)mu(m) punctu(m) arietis et p(ri)m(um) libre
Et hy duo circuli vocant(ur) coluri
et intersecat se r(ec)te in quo h(abe)t polo(s)
mu(n)di. Diuidu(n)t (er)go totam sp(er)am in q(ua)t
tuor p(ar)tes equales ymaginat(ur)
eciam alius circulus qui transit p(er) po
los mu(n)di (et) p(er) illud punctum celi q(uo)d
e(st) r(ec)te sup(er) caput n(ost)r(u)m quod vo
cat(ur) cenith capitis Et quandoq(ue) sol
venit de oriente in occide(n)tem usq(ue)
ad hunc circulu(m) est nobis meridies
ideo vocat(ur) circulus meridianus Et e(st) me
dietas huius circuli sup(er) t(er)ram et a(li)a
sub t(er)ra que transit p(er) punctum medie
noctis qui opponit(ur) cenith ca(pitis)
p(ate)t (er)go quandoq(ue) quis movet(ur) ad
orientem u(e)l occidentem h(abe)t nouu(m)
meridianum. s(ed) si no(n) movet(ur) de u(n)o
loco vel si r(ec)te moueat(ur) versus
septentrionem aut versus meridiem no(n)
declinando versus oriens aut occide(n)s
semp(er) h(abe)t eundem meridianu(m) Patet eciam
q(uod) ciuius e(st) meridies illis q(ui) sunt
versus oriens r(es)p(ec)tu (er)go illor(um) q(ui) sunt
versus occidens Est (et) alius circulus q(ui)
vocat(ur) orizon diuidens p(ar)tem celi
visam que sup(er) nos est de p(ar)te no(n) visa
cuius medietas emisperium .i. dimi
dia sp(er)a et iste circulus intersecat meridi
anum et diuidunt se r(ec)te in duas p(ar)tes
Et punctus meridianus qui est cenith
capitis vocat(ur) polus orizontis et q(ua)ndo
q(ui)s quis movet(ur) h(abe)t eciam nouu(m) ori
zontem

Iterum de speris (et) stellis
et planetis (et) zodiaco et
de signis et de variis (et)
aliis celestibus generaliter q(uo)r(um)
specialior condicio alcioris est cognicionis
(et) speculacionis S(ed) quia int(er) planetas
sol e(st) notabilior quantitate maior et v(ir)
tute dignior ideo de eius cursu a quo no
bis (et) anni distinguuntur aliqua spa(ciali)ter
dicere utile videt(ur) Sciendum est q(uod) lic(et) o(mnes)
planete motu p(ro)prio circuant sub zodiaco
tamen omnes declinant a via solis
sicut declinat zodiacus ab equinoctiali
lic(et) no(n) tantu(m) Sol v(er)o medius planetar(um)
quasi rex in medio regni r(ec)te facit
viam suam p(er) mediu(m) latitudinis
zodiaci Itaq(ue) eius centr(um) diuidit lineam
diuidentem latitudinem zodiaci p(er) duas
p(ar)tes equales que via dicit(ur) eclip
tica quia no(n) p(otes)t esse eclipsis solis
u(e)l lune nisi q(ua)n(do) luna e(st) in hac
via u(e)l p(ro)pe. lic(et) ergo sol motu co(mmun)i
quo movet(ur) cu(m) aliis sp(er)is (et) planetis
t(ra)nseundo t(er)ram faciat diem naturalem
qui 24 horas continet. tamen motu
p(ro)prio p(er) dictam lineam eclipticam sub
zodiaco quolib(et) die naturali p(er)transeundo fe
re unu(m) gradum pagit(ur) toto zodiaco facit
annu(m) solarem qui v(a)l(e)t 360 quibus
no(n) plene complent(ur) gradus zodiaci
continet quinq(ue) dies (et) fere 6 q(ua)tuor
horas Adhuc sol facit aliquos dies ine
quales P(ro)p(ter) cuius intelligencia(m) Sciendu(m)
q(uod) duo sunt modi orizontis Unus rectus
alius obliquus Illi h(abe)nt orizontem r(ec)
tu(m) qui habitant sub equinoctiali. et sub
eo h(abe)nt cenith capitis quoru(m) orizon
intersecat (et) r(ec)te diuidit equinoctialem
ad angulos equales (et) sunt duo poli
mu(n)di in suo orizonte taliter q(uod) nullus
polorum est eis eleuatus u(e)l depressus

Plus vel minus secundum diversas habitaciones
secundum quanto unus polus magis est eleva-
tus tanto orizon est magis obliquus
et alter polus plus depressus sub ori-
zonte et est regula generalis Quartum quantum
polus est elevatus super orizontem tan-
ta est distantia inter zenith et equinocti-
alem secundum ymaginandum Quintum quod sol mo-
tu proprio naturali die quolibet describit
quasi unum circulum Et dico quasi quia non
plene facit circulum licet modicum de-
ficiat Nam sol non plene revertitur
ad eundem punctum meridiani a quo
incepit sed modicum alcius vel bassius
Et hii circuli vocantur paraleli
et sunt 36 sed signati in spera materiali
qui sunt principaliores scilicet duo tropi-
ci et equinoctialis horum quorumlibet circulorum
pars que est super orizontem vocatur
arcus diei vel diurnus quia quamdiu
ibi est sol tamdiu dies est qui dicitur
dies artificialis Et alia pars que
est sub orizonte vocatur arcus noc-
turnus Et ideo quanto maior pars aliquorum horum
circulorum est super orizontem tanto est dies
artificialis longior et nox brevior
vel econverso Ex quibus omnibus clare patet
Quartum quod orizon rectus dividat omnes
hemisperii circulos recte per medium Notandum quod
omnes illi qui habitant sub tali orizonte
scilicet sub equinoctiali omni tempore habeant
diem artificialem et noctem equales Item
patet quod orizon obliquus non possit
dividere equinoctialem nisi in duas
medietates et in duobus punctis bis in
anno scilicet una vice in initio arietis
et alia in introitu libre Notandum quod
tunc sit equinoctium et quod dies et noctes
sunt equales per totum mundum Item patet
quod tunc omnes paraleli supradicti ex-
cepto equinoctiali dividuntur ab ori-
zonte obliquo in partes inequales
et quanto orizon est obliquior tanto
sunt hec partes inequaliores Ideo omni
tempore (nisi) bis in anno in duobus punctis
predictis dies et noctes sunt inequales
et quanto orizon est obliquior tan-
to est maior differencia Et propter hoc
in Swecia dies sunt prolixiores in es-
tate et breviores in hyeme quam in
Francia et plus in Francia quam in Ytalia
etc in diversis regionibus secundum quod ori-
zon est eis plus vel minus obliquus

Ex premissis quod patet causa inequalitatis
dierum artificialium Sed de inequa-
litate dierum naturalium maior est diffi-
cultas quam et pluries alias ma-
iori speculacione in speciali et altiori
Consequenter aliqualiter tractatur
Sed de celo iam ad ea que
sub ipso sunt nunc descendat consideracio Igitur
Post speram lune ponitur per philosophos imme-
diate speram ignis qui ibi est purissimus
et propter suam raritatem invisibilis quia
quanto aliquid est clarior terra et aer
aqua Item ille ignis est rarior et
clarior aere et tanto vel plus est
celum rarius et clarius igne excep-
tis stellis que sunt partes celi spis-
siores et ideo sunt lucide et visibi-
liores Post ea est spera aeris que clau-
dit aquam et terram Una est suprema
iuxta ignem ubi non sunt venti pluvie
nec tonitrua nec similes impressiones
et usque ad illam dicuntur attingere
quidam montes sicut olimpus Et dicit
Aristoteles quod ibi apparent que sunt stel-
le comate Et quod spera ignis et illa
suprema regio aeris cum illis cometis
quando sunt simul moventur cum celo de
oriente in occidens Media autem regio
est ubi fiunt nubes et sunt ibi varie
impressiones quia illa semper est fri-
gida Alia est regio inferior ubi habi-
tant aves bestie etc Deinde sequitur
aqua et terra Nam aqua non circuidat
totam terram sed partem unam dimittit
discoopertam propter animalium habitacionem quia
una pars terre est minus gravis et ponderosa
quam alia et ideo illa est altior
et a centro mundi magis elevata Reli-
quum vero preter insulas est totum coopertum
aquis secundum quosdam per horum opinionem
Terra igitur tanquam elementorum gravissimum
est in centro seu medio mundi Itaque
centrum terre seu centrum gravitatis ipsius
vel secundum aliquos centrum gravitatis terre
simul et aque est centrum mundi Et licet
in terra sint montes et valles propter quod
non est perfecte rotunda tamen illa valde
tendit ad rotunditatem Ideo eclipsis
lune que causatur per umbram terre
apparet rotunda Unde dicunt terram
esse rotundam quia rotunditati
proximam

Supposita rotunditate
ad mensurandum eius
quantitatem presupponendum
est quod eundo de una parte terre lon
ge in aliam apparet alia et alia pars
celi et variatur orizon Et si quis
iret de septemtrione versus
meridiem polus articus esset ei conti
nue elevatus et si contra esset ei eleva
tus plus et ideo si iret recte versus
meridiem sub uno meridiano tunc
quod polus articus minus elevaretur super
orizontem per duodecima parte me
diam ipse transisset duodecimam partem
circuitus terre Et si iret tunc quod polus
minus ei elevaretur solum uno gradu
vel econtra tantum quod polus elevaretur
uno gradu ipse tunc transisset unum gra
dum circuitus terre et essent in eius
circuitu 360 tales proportiones per huius
modi inventa sunt mensura terre
quia elevatio unius poli vel unius
stelle facile invenitur per astrolabium
vel quadrantem modo sic est inventum
per experientiam quod si quis iret versus
septemtrione tunc quod polus ei ele
varetur magis uno gradu vel versus
ad meridiem tantum quod minus elevaretur
uno gradu ipse pertransisset de terra 500
stadia Et ideo secundum auctorem de spera
oportet replicare et multiplicare huius
numerum per 360 et per quod sic habemus
quod in toto circuitu terre sunt 252000
stadiorum que valent 15750 spa
cia leucarum Nam una leuca valet
duo miliaria Miliare vero octo sta
dia Unum stadium 125 passus Unus
passus quinque pedes Unus autem
pes quatuor palmas et una palma
quatuor digitos Unde patet quod quando quis
circuire totam terram et iret die quibus
decem leucas ipse faceret totum circui
tum in 1575 diebus quod valet a
nos IIII et 16 septimanas cum duo
bus diebus habita vero quantitate
terre circuitus Regula data est quomodo sci
tur quantitas dyametri eius quod
si removeatur a circulo et 2a pars eius
et residuum dividatur in tres partes
una illarum tertiarum facit dyametrum
circuli etc valet 80181 stadia et se
mis cum tertia unius stadii Utrum quidem
autem corpus terre non sit cum orbis

perfectum tamen terra non habeat defectum
notabilem valde pulcra est et nota
bilis ac etiam utilis Et maxime quia
ptholomeus et alii sapientes per quan
titatem terre probaverunt quantitatem corporis
stellarum Et per quantitatem diametri dya
metri terre probaverunt longitudinem
stellarum a cuspide terre sed has quanti
tates describere non est presentis speculationis
hic tamen notare sufficiat quod sol
quibus alia stella multo maior est
et ut quidam dicunt magnitudo cor
poris eius est plus quam centies sexa
gesies sexties equalis terre licet alii
quam dixerunt solum centies maior terra.
Postquam maiores sunt alique stelle
fixe· ille que sunt in prima magni
tudine post quas maior est Juppiter
Postea saturnus· deinde reliqua stel
le fixe secundum gradus suos usque ad eas
que sunt vi magnitudinis· Deinde
Mars post quem maiores sunt cetere
stelle fixe visu notabiles Postea
Venus· Deinde luna Postremo Mer
curius Et quibus harum stellarum
exceptis ultimis tribus notabiliter maior
est terra Ille autem tres minores sunt sup
ea Unde patet quod non omnes stellas visu
perceptibiles ille tres sunt minores quia
omnes alie a terra dicuntur esse maiores
Et illarum que sunt in prima magnitudine
quelibet est circa centies septies equalis
terre· et earum que sunt in sexta magnitu
dine quelibet equalis terre decies sex
ties Ex quo etiam patet quod merito dicunt
philosophi quod magnitudo terre est velut
punctus respectu magnitudinis celi

Extra proportionabiliter
dividitur sic celum in
quatuor quartas
per duos coluros et equi
noctiale Et illi circuli
in terra similiter dividuntur per gradus
et minuta· ita quod totus ambitus est 360
graduum et quarta 90 graduum Similiter
terra sic celum proportionabiliter dividitur
per quatuor circulos minores in quinque partes
inequales scilicet per duos circulos articum
et antarticum et per duos tropicos et
vocantur quinque zone proportionaliter in
terra sic in celo quia illis zonis celi
respondent in terra certe plage sive regiones

Prima est inter polum articum et circulum articum et inter circulum articum et tropicum estiualem Tercia media inter tropicum estiualem et tropicum hyemalem Quarta inter tropicum hyemalem et circulum antarticum Quinta inter circulum antarticum et polum antarticum Est autem distancia istarum zonarum inequalis quia distancia poli zodiaci a polo mundi est viginti trium graduum et quinquaginta vno minutorum Maxima autem solis declinacio est eadem cum distancia poli zodiaci a polo mundi Arcus vero interceptus inter maximam solis declinacionem et polum zodiaci est quadraginta duorum graduum et octodecim minutorum Harum zonarum seu regionum terre prima et vltima secundum aliquos quia sunt nimis a sole remote sunt inhabitabiles propter nimium frigus Tercia vero que est media et sub via solis et nimis prope eum ideo vocatur zona torrida et dicitur inhabitabilis propter nimium calorem Alie due scilicet secunda et quarta nec nimis appropinquant soli nec nimis elongantur ab eo ideo sunt in caliditate et frigiditate. Nec secundum hanc consideracionem essent habitales nisi aliud obstaret impedimentum Et in hac diuisione terre vocamus illarum zonarum primam que est versus polum articum que nobis semper apparet licet Aristoteles assignando dextras posiciones in celo dicat polum antarticum esse summum mundi Et secundum hanc consideracionem nos essemus in bassa et sinistra parte mundi quia habitamus versus occidentem et versus polum articum Sed si consideremus motum qui est secundum zodiacum quasi in contrarium motus raptus sic dicimus polus articus est sursum quia forte iste motus est nobilior et spere que sic mouentur nobiliores Et maior multitudo stellarum nobilium est in illa medietate celi que est versus polum articum saltim quantum ad illam medietatem que nobis apparet Et secundum hoc nos essemus in superiori parte et nobiliori et ad dextram Et esset prima zona versus polum articum

De habitacione dictarum plagarum terre sunt opiniones varie Nam vt tactum est quidam dicunt quod tercia plaga est inhabitabilis Sed alii dicunt contrarium et quod est multum temperata specialiter versus medium sub equinoctiali Et hec sunt opiniones Auicenne propter quas sunt aliquae raciones propter quas suadetur quod calor est ibi propter frigiditatem solis propter alias causas potest temperari Immo dicunt aliqui quod ibi versus orientem est paradisus terrestris in vno monte De quarta autem plaga que est inter tropicum hyemalem et circulum antarticum sicut predictum est dicunt aliqui quod est ita temperata et bene habitabilis sicut hec secunda in qua sumus Et ideo dicunt quod ibi sunt antipodes qui pre habent regiones et habitatores sicut nos et habent hyemem quando nos habemus estatem et econtra Sed non est accessus inter nos et eos quia oporteret transire per torridam zonam et specialiter sub tropico Sed in hac opinione ista gens non habuisset noticiam predicacionis Christi et apostolorum contra illud In omnem terram exiuit sonus eorum Ideo hanc opinionem reprobat Augustinus in 16 de ciuitate dei quam quidam reputant quasi omnino figmentum fabulosum Et dicunt quod illa quarta plaga pro maiori parte est aquis Et ad hoc inducunt rationes satis probabiles Et inter alias vnam faciunt rationem ex qua conditionaliter concluditur Quod licet illa plaga sit inhabitabilis tamen si aux solis moueatur 100 annis vno gradu vel circiter vt aliqui dicunt aliquando erit contrarium si mundus tam diu durat quia nostra pars erit distemperata et male habitabilis Et illa quarta plaga fiet temperata et habitabilis si esset discooperta aquis Sed adhuc non habetur certitudo quantum moueatur aux solis Ideo hec consideracio non est certa In hac hoc opinionum varietate rationes ymaginatiue hic sunt et inde non ratio apparentes quia in his rebus non tam ymaginationibus quam experiencijs et probabilibus historijs reputo certitudinaliter adherendum Quicquid tamen sit de varietate huiusmodi opinionum tamen satis expedit notare habitudinem solis ad regionem illarum plagarum super quo aliqui conclusiones erunt ponende Sunt Prima quod illi qui habitant sub equinoctiali sicut supra tactum est habent omni tempore dies et noctes equales et transit sol bis in anno super eorum capita scilicet quando transit per eorum equinoctialem et esset eis per medium anni versus polum articum et per aliud medium versus antarticum et nos sicut eum habemus versus vnam partem Et ideo

ipsi eodem anno habent duas hye
mes sine magno frigore scilicet unam
quando nos habemus estatem et aliam
sic et nos Similiter habent duas es
tates unam in Marcio quando habemus
ver aliam in Septembri quando habemus
Autumpnum Et ista patet ymaginanti
una causa transeunt transitum centri illius lo
ci Secunda conclusio quod illi qui habita
rent sub tropico estatis haberent solem
supra capita eorum die solsticii estiua
lis in meridie Tercia conclusio est quod
illi qui essent inter tropicum estatis et
circulum articum haberent dies longiores
in estate quam noctes quanto plus dis
tarent ab equinoctiali et breuiores
in hyeme et numquam haberent solem su
pra capita eorum nec versus septentrionem
Quarta conclusio est quod illi qui essent
sub circulo artico quando sol esset in solsti
cio estatis et in circulo meridiei tan
geret eorum orizontem et non occideret eis
et non haberent noctem illa die naturali
Similiter quando esset in solsticio hyemis
esset una dies naturalis in qua non oriretur
eis sol et esset eis nox continua Quin
ta conclusio est quod illi qui essent inter
circulum articum et polum articum haberent
plures dies naturales in estate sine
nocte et quanto plus appropinquarent
polo tanto dies artificialis estatis
sunt longiores et durat unus dies in
uno loco per unum mensem in alio per
duos in alio per tres vel plus et per
contrarium est longior illa nox hye
mis Sexta conclusio est quod illi
qui habitarent recte sub polo haberent
per medium anni solem super orizontem
et continuum diem et per aliud medium
continuam noctem Et ita si vocemus
diem totum tempus quo sol est super ori
zontem non haberent nisi toto anno
unum diem et unam noctem Et sic dan
tur de ista medietate terre que est versus
polum articum Similiter intelligendum est de alia
medietate versus antarticum et habi
tatoribus eius Et hec omnia sine alia
probacione exemplariter patent in spera
materiali

Dum investigandum quantitatem
habitacionis terre intelligendum
est quod habitacio dupliciter
considerari potest Uno modo respectu
celi scilicet quantum propter solem potest habitari
et quantum non Et de hoc supra satis
dictum est Secundo potest alio modo considerari respectu
aque scilicet quantum aqua impediat Et
de hoc nunc est considerandum de quo va
rie sunt opiniones sapientum Nam
ptholomeus libro de disposicione spere vult
quod fere sexta pars terre habitabilis
est propter aquam et totum residuum
est coopertum aqua Et ideo in Almagesti
libro 2o ponit quod habitacio nostra
non est nisi in quarta parte terre scilicet in qua
habitamus cuius longitudo est ab occi
dente oriente in orientis et est medie
tas equinoctialis et cuius latitudo est
ab equinoctiali in polum articum et est
quarta coluri Sed aristoteles in fine libri
celi et mundi vult quod plus habitetur
quam quarta Et averrois hoc affirmat
et dicit aristoteles quod mare parvum est
inter finem hyspanie a parte occidentis
et inter principium indie a parte orientis
et non loquitur de hyspania citeriori
que nunc communiter nominatur Sed de
hyspania ulteriori que nunc Affrica
dicitur de qua certi auctores loquuntur
ut plinius Orosius et ysidorus Insuper
Seneca libro naturalium dicit quod mare
est navigabile in paucis diebus si ven
tus sit conveniens Et plinius docet
in naturalibus libro 2o quod navigatum
est a sinu arabico usque ad gades
herculis non multum magno tempore Unde
ex hiis et aliis quibusdam racionibus
de quibus magis tangam cum loquar
de occeano concludit aliquid apparet
quod mare non est tantum quod possit cooperi
re tres quartas terre Accedit ad hoc auctori
tas Esdre libro suo quarto dicentis quod
sex partes terre sunt habitate septima
est coopertum aquis Cuius libri sancti ha
buerunt in reverencia et veritates sacras
per eum confirmatas Et ideo videtur quod
licet habitacio non ptholomeo et eius
sequacibus sit coartata infra quartam
unam tamen plus est habitabilis Et Aris
toteles circa hoc plus potuit nosse
auxilio Alexandri et Neronis qui
ad investigandum dubia huius mundi
fuerunt solliciti Sicut de Alexandro testatur
plinius libro octavo et celius plinius
de Nerone narrat Seneca libro
de naturalibus Unde illis videtur magis
credendum quam ptholomeo vel eciam Al
bategni qui adhuc vix ponit esse
habitabilem nisi duodecimam partem

tre sz deficiat in proporcione sic possit os
tendi sz breuitatis causa iusto qz et
huius rei declaracio magis patebit ex
sequentibus Ex premissis igitur et dicendis
etiam inferius patet quod terra habitabilis
non est rotunda ad modum circuli sic de
ducis sz est velut quarta superficiei vnius
spere cuius quarte due partes aliquantulum
extreme constringuntur secundum illa que non
habitantur propter nimium calorem ac ni
mium frigus et non potest hec ita com
mode in plano figurari sicut in spera

Licet vltra quartam predictam
in qua habitamus magis
sit habitacio vt aliqualiter
tactum est et magis infra
patebit tamen principalis habitacio non
est in hac quarta Ideo circa illius diuisionem
magis insistunt astrologi Vnde ptolo
meus eam diuidit per 26 lineas eque
distantes ab equinoctiali et que pro
due ab oriente in occidentem prima
est sub equinoctiali vbi sunt dies arti
ficiales sz 12 horarum sz ptholomeus non
dicit quod ibi habitent gentes Secunda transit
vbi dies longior sz horarum et vnius
quarte Tertia vbi dies est 12 horarum
et duarum quartarum .i. medie hore Quar
ta vbi est 12 horarum et 3 quartarum et
sic ascendendo in qualibet linea quartam
vnius hore vsque ad 26 lineam vbi
dies est 18 horarum et dimidie quam
dicit esse in minori Britania hec est
forte in Scocia vel in aliqua insula Et
adhuc ponit ptholomeus habitacionem
versus septentrionem sz illa non est in clima
sic vocatur in suo quadripartito quod sit
et habet ibi sunt plura loca inha
bitabilia propter frigiditatem nimiam Sz
Albumazar et Alfraganus alii quam
plures astrologi aliter diuidunt terram
habitabilem scilicet per septem climata
distincta per octo lineas eque dista
tes ab equinoctiali Et vocatur cli
mata spacium terre in quo dies plus
or excedit aliud per dimidium horam
dierum prolixiorum altitudinis terre vel excedit
ab eodem Et licet maior et minor eius di
uisio pertes quartam partem hore secundum priorem
diuisionem tamen quod iste partes sunt parue Ideo
alii consideraverunt maiores et compre
henderunt in vno climate duas illarum ex
cludendo aliquas partes extremas illarum

Et hec diuisio sz famosior Primum
clima vocatur Dyameroes et est a
dya quod est de et meroes ciuitas
quasi a meroe ciuitate denominatum
Velut quidam dicunt ab vna insula
que est in flumine Nili que dicitur
meroe Secundum diasenes .i. ab vna
alia insula Nili vel ciuitate ibi
existente que vocatur Syene sic
quidam dicunt Tertium clima
Dialexandrios quia ibi est ciuitas
alexandrie Quartum diarodes quia
in eo est insula Rodi vbi sunt
etiam Damascus et Iherusalem a quibus
tamen non denominatur clima quod tunc
forte non erant ita famose sz alii
et melius ponunt has ciuitates in tercio
climate propter quartum Quintum dia
romes quia ibi est Roma Sextum
diaboristenes a quodam flumine sic
denominatum vel vt quidam dicunt a ven
to borea Septimum diaripheos a mon
tibus ripheis sic dictum vbi est terra
valde frigida Aliter autem ista clima
ta nominat ysidorus libro tercio ethimologiarum
Primum clima secundum eum meroes secundum
siennes tercium catacumbas
in Affrica Quartum Rodus Quin
tum ellespondus aliter ellespontus
Sextum Mesopontum Septimum Bris
tenius hec autem climata attribuunt
astronomi septem planetis Vnde
dicit Albumazar quod secundum persos primum
primum attribuitur saturno quia ibi habet
aliquod dominium seu influenciam spe
cialem specialiter Secundum clima attribuunt
Iovi et ita de aliis secundum ordinem
planetarum Sz secundum Grecos primum
attribuitur saturno Secundum attribuitur soli
Tercium Mercurio Quartum Iovi Quintum
Veneri Sextum lune Septimum Mar
ti Vnde ex hac opinionum varietate patet
quantum exigua sit certitudo huius
rei varietate

Videlicet clima magis
habet de longitudine
quam de latitudine quia
longitudo est procedendo
de oriente in occidens et latitudo de
meridie in septentrionem Primum igitur cli
ma secundum astrologos continet in lon
gitudine medietatem circuli terre quam
aliqui mensurant per stadia vtis

tractum secundum Alfraganum et aliquos alios aliorum mensurant per miliaria et dicunt quod quilibet gradus circuitus terre habet 56 miliaria et duas tertias unius et sic habet totus circuitus 20400 miliaria et eius medietas 10200 que valent 5100 leucarum computando per duobus miliaribus unam leucam et fere tanta est longitudo primi climatis Secundum vero brevius primo et tertium secundo Et deinceps descendendo versus septemtrionem Sed auctores non ponunt certitudinem mensure longitudinis ipsorum Et hec longitudo climatum per aspectum ad eclipsim lune inventa est Latitudo autem climatum est procedendo in septemtrionem Et principium primi climatis est ultra equinoctialem 12 gradibus cum aliquibus minutis que valent secundum Alfraganum 712 miliaria cum dimidio que valent 360 leucas cum una quarta Medium autem primi climatis est ubi maioris diei prolixitas est 13 horarum et ubi elevatur polus mundi articus super orizontem circiter 16 gradibus Finis eius est ubi diei prolixitas est 13 horarum et dimidie et quarte partis unius hore Et ubi elevatur polus 20 gradibus et dimidio et quarta unius Et extenditur eius latitudo usque ad locum ubi longitudo prolixioris diei est 13 horarum et quarte unius hore et elevatur polus 20 gradibus cum dimidio et est spacium terre 440 miliaria secundum auctorem de spera Sed ipse in hoc bene concordat secum in mensura qua supra posuit de circuitu terre per stadia Si ita sit ut ipse ponit quod octo stadia valeant unum miliare quia sic latitudo primi climatis esset circiter 615 miliariorum que est maior quam illa supradicta quam ipse concordando cum Alfragano et ista mensura ut videtur aliquibus melior Unde secundum hanc mensuram quilibet gradus circuitus terre non esset tantum sicut supradictum est secundo auctorem de spera Vel ad concordandum eum alio dicendum est quod secundum eum miliaria et leuce sunt plures minores ita et minores quantitate Et quod unum miliare uterque de aliis 12 stadia et 44 passus cum dimidio pede et modicum plus quod debet insensibile reputari sic unum miliare continet de aliis unum et dimidium et circiter 22 partem unius Ex hiis ergo concludo quod primum clima habet septem gradus 45 minuta que valent 220 leucas latitudinis Secundum clima habet septem gradus qui valent 200 leucas Tertium habet sex gradus et decem minuta que sunt 140 leuce et quinque passus Quartum habet quinque gradus et 20 minuta que valet 124 leucas Quintum habet quatuor gradus cum dimidio qui valent 125 leuce cum dimidia Sextum habet sex tres gradus et 45 minuta qui valent 160 gradus leucas Septimum habet tres gradus et 14 minuta qui sunt 92 leuce cum dimidia etc Tota latitudo omnium climatum est simul 38 graduum et 45 minutorum qui valent 1010 leucas Et hec mensura lateris climatum inventa fuit per consideracionem elevacionis poli vel alicuius stelle in diversis locis sic etiam inventus fuit totus circuitus terre Medium autem 2i climatis habet diem 13 horarum et dimidie ubi elevatur polus 24 gradibus et quarta unius Medium tertii habet diem 14 horarum ubi elevatur polus 30 gradibus et dimidio et quarta unius Medium quarti habet diem 14 horarum et dimidie ubi polus elevatur 36 gradibus et duabus quintis Medium quinti habet diem 15 horarum ubi elevatur polus 41 gradus et tertia unius Medium sexti habet diem 15 horarum et dimidie ubi polus elevatur 45 gradibus et duabus minutis Medium septimi climatis habet diem 16 horarum et elevatur polus 48 gradibus et duabus tertiis De initiis vero et finibus climatum et elevacione poli in eis remitto ad tractatum de spera et alios qui super hiis particulariter tractant Hic autem dicere sufficiat quod in fine septimi climatis maxima dies est 16 horarum et quarte unius et ibi elevatur polus 50 gradibus et dimidio Unde patet quod circa parisius elevatur polus fere 49 gradibus ibi et quasi medium septimi climatis Et hec de climatibus dicta sufficiant

Sicut patet ex predictis climata sunt sumpta et terminatur per duas lineas quarum una incipit primum clima et est circa equinoctialem per 12 gradus cum dimidio et alia terminat septimum clima Et habitatores qui sunt ultra primam lineam vocant aliqui anteclima et que sunt ultra secundam lineam vocant postclima modo sic et quod experientia et auctoritate multiplici probatum est quod non solum septem climata habitantur sed quarta terre et plus longe hominum continet naciones Un ultra primam lineam ponunt auctores plures habitatores Nam secundum Plinium libro secundo quinto et sexto et secundum dun

brosiu in exameron libro quarto
sunt aliqui qui per duos dies anni
sine umbra sunt in partibus meridia
nis eo quod solem habentes super verticem
suum undique per circuitu illuminantur unde
asky dicuntur .i. sine umbra et am
phity .i. circumumbrati Et hy sunt sub
equinoctiali Et hec gens secundum plini
u in India horestes dicuntur et me
nodes et simati apud quos est mons
malaus nomine cuius umbre per senos
menses sic variantur Sed adhuc ultra
equinoctialem ponit hali duas civi
tates quarum una dicitur deleyth
cuius longitudo est centum viginti duorum
graduum et latitudo tantum Addit autem
quod plus est invenimus secundum Plinium
habitacionem sub Capricorni tropico et ultra
vero nam regio Pathalis Insula dicitur
habens portum celeberrimum ubi um
bre solum in meridie cadunt ergo ha
bitatores eius habent semper solem ad aqui
lonem Et idem refert de Insula Tripo
bane libro sexto de qua homines
cum Romani venissent claudio prin
cipatum mirati sunt quod umbre eorum
cadebant in aquilonem et sol oriebatur
in meridie Et est ad oppositum Indie
versus orientem secundum Albategni de quo
postea plenius dicam Et insuper ptho
lomeus libro de dispositione sphere ceterisque pot
Ymaginacionem exigit quod sunt due gentes
ethiopum sub duobus tropicis Nec
obstat secundum aliquos naturalis celi dispo
sitio que propter solis propinquitatem videtur
reddere locus inhabitabiles propter calorem Nam
propter alias dispositiones locorum accidentales
ut propter altitudinem montium prohiben
cium calorem ac propter alias causas potest
ibi esse loca habitabilia maxime
in locis subterraneis cum sol est circa op
positum augis Et etiam per Plinius sal
vari de habitantibus sub Capricorni
tropico de quibus potuit certificari
per eos qui de Roma ad eam missi sunt
Sed autem locus ultra tropicum Capri
corni secundum aliquos sit optime habitacionis
quia secundum Arczelem et Averroym libro
celi et mundi ibi superior et nobilior pars
mundi propter quod est aliquorum opinio quod ibi
sit Paradisus terrestris tamen non invenimus
apud aliquem auctorem terram illam descriptam
Quantum vero habitatur versus aquilonem

planius ostendit libro sexto per experienciam
et auctores varios Nam usque ad il
lum locum habitatur ubi extremi
cardines sunt istius mundi et ubi est
dies per sex menses et nox per tantum
Et Marcianus in hoc concordat unde quod
ibi sit gens beatissima que non moritur
nisi sacietate vite ad quam cum venit
precipitat se alto saxo in mare Et
vocantur yporborey de Europa
Et arimphei de Asia Quantum vero
ad lineam que terminat climata versus
occasum pauca aut nulla est habitacio
nisi forte aliquarum Insularum parve quia
ibi est magnus mare quod vocatur
occeanus Et ibi sicut dicit hali sunt
ymagines in certis Insulis quarum quelibet
tenebat signum quod ultra non erat habi
tacio quas posuerat hercules unde
vocantur Gades seu columpne hercul
Et dicunt aliqui quod similiter posuit
ymagines versus orientem sicut Averoys
de celo et mundi de hiis ymaginibus
facit mencionem Et dicit se eas vidisse
et esse prope hyspania .i. affricam ubi
tactum est et magis infra dicetur ubi
tractabitur de mari occeano Quantum
autem ad lineam que terminat clima
ta versus septemtrionem ultra eam mita
est habitacio Sunt Anglia Scocia
Dacia Norwegia et plures alie regi
ones quarum ultima secundum aliquos est In
sula Tyle Et secundum Aristotelem et Averoym
in fine libri secundi de celo et mundo finis
terre habitabilis versus oriens et finis
terre habitabilis versus occasum sunt satis
prope et in medio est parvum mare quantum
ad latitudinem licet per terram sit
magis spacium quam medietas circuitus
terre Et ideo climata se protrahant
ad finem orientis sicut dicunt auctores
et non teneant in longum nisi medietatem
circuitus terre sequitur secundum Averoym quod
climata non se extendunt usque ad fi
nem orientis Et quod magne sunt habi
taciones ultra septem climata versus ori
ens unde notandum est quod climata vel
eorum aliqua sunt longiora quam ponunt
astrologi Et hec de hiis que sunt extra
climata breviter dicta sunt
Quia vero dictum est de locis
habitabilibus tam in
climatibus quam extra conse
quenter aliquid dicere expedit

de locis inhabitabilibus ubi est dicendum
quod quemadmodum medici dicunt Et
ad cognoscendum naturam corporis humani
oportet considerare ad radicem superiorem
scilicet ad celum ad eius disposicionem ac etiam
ad radicem inferiorem scilicet ad disposi
cionem et complexionem parentum Consi
militer est in proposito Et quantum ad
habitacionem terre una causa generalis est
ex parte celi scilicet moderata seu temperan
cia distancie vie solis quia nimia
eius distancia vel nimia eius pro
pinquitas est causa nimis frigoris
vel caloris Sed alie possunt esse par
ticulares ex parte terre inter quas possunt sex
principaliter assignari que faciunt ali
quam partem terre inhabitabilem etiam
in quanti solis distancia et infra clima
ta Una est quia pars illa est coopta
maxime vel impedita aquis Alia quia
illa terra est sterilis et infructuosa
vel serpentibus et malis bestiis est
turpata sicut est de aliquibus desertis
et montibus Tercia est disposicio seu
figura aliquorum locorum sicut moncium
aut vallium que sunt inhabitabiles
propter excessum caloris aut frigiditatis
Vel quia aer est nimis subtilis aut
nimis grossus aut propter aliquam indispo
sicionem aeris que non est humane nature
conveniens Sed et per contrarium possibile
est quod in distoveniendi (?) distancia solis
aliquis locus qui quantum ad hoc esset
inhabitabilis propter concursum tamen causarum
predictis contrariis oppositarum esset ad habi
tandum valde conveniens Et sic dicunt
historie quod montes yperborei sunt valde
boni et temperati et habitantes ibi sunt
valde longevi adeo quod quasi propter tedium
vite oportet aliquos interfici Et tamen illi mon
tes sunt longe extra climata versus sep
tentrionem Et causam huius declarat
lincolniensis dicens quod hoc est propter figuram
et disposicionem horum moncium quia ha
bent superficiem versus solem politam
et concavam Ideo recipiunt et reuniunt con
venienter lumen solis et inde calorem
sufficientem et tuentur habitantes
a ventis terre et propter istas duas cau
sas non est ibi tantum frigus Non potest (?)
quod si cause particulares bone habitacionis
conveniunt seu concurrunt cum generali videlicet
quod terra esset bene fertilis et bene si
tuata ad solem et cum bono aspectu celi

tunc talis Regio esset optime temperata
Et verisimile est quod terrestris paradisus
sit Et forte eciam talis est locus
que auctores vocant insulas fortuna
tas Ex premissis eciam manifestum est
quod ex parte cause generalis supradicte qua
tuor extremitates terre etiam inter lineas ter
minatas climate constitute non sunt bene
habitabiles et specialiter due extremitates
quarum una est versus septentrionem
Et idem ptholomeus et hali et alii
antiqui auctores Et in hiis duabus
extremitatibus sunt homines silvestres
comedentes humanas carnes et qui
habent facies turpatas et horribiles
Et causa est secundum hali distemperancia
illarum regionum in caliditate et frigiditate
propter quam corpora sunt inordinate complexi
onis et male ac turpis Ideo sunt ma
lorum morum et silvestris conversacionis Un
de ibi gentes et bestie et monstra ta
lis horrende figure ut vix possunt discerni
si sint bestie vel homines sicut recitat
beatus Augustinus et hali qui allegat her
metem dicentem quod duabus predictis
extremitatibus habitant mali spiritus et dia
boli et bestie maligne nocentes homini
bus Dicendum tamen est quod alie due extremi
tates scilicet illa que est versus occidens
et illa que est versus oriens non sunt
ita male habitacionis quia non sunt
ita distemperate nisi in quantum participant
cum aliis duabus in quatuor angulis
terre habitabilis Nam iste due in aliis
suis partibus sunt temperate et in propor
cionata distancia solis

Considerandum est eciam Et
loca terre habitabilis alia
a quatuor extremitatibus
supradictis habent differenciam varie
tatem (?) et differenciam secundum longitudinem
et latitudinem climatum sed tamen maior
est differencia secundum latitudinem Nam sic docet
Aristoteles libro politicorum Illi qui plus
sunt versus meridiem maioris sunt
intellectus et prudencie sed minus fortes
ac minus animosi et minus audaces Ideo
ab aliis subiecti fuerunt antiquitus Et con
verso illi qui plus habitant versus sep
tentrionem sunt magis audaces et minus
minoris prudencie et fortes libertatem
suam custodiunt Et dicit quod greci sunt me
dii et habent sufficientem fortitudinem
et prudenciam Unde concludit quod secundum
naturam abiles sunt ad habendum super alios

dominium qui sunt versus meridiem
aut septentrionem Sed tamen ut ex
periencia docuit non habuerunt diu
tale dominium Nam translatum fuit ad
Romanos Vnde credendum quod vltra cau
sam predictam sint alie cause in ce
lo forciores ad manutenendum domi
nium regale et bonam policiam sicut forte
motus augis solis et octave spere quorum
vterque continetur annis vno gradu
vel aliquis alius motus celi qui potest es
se causa disposicionis ad bonum regi
men policie vel ad tirannidem dispo
nentem ad diuisionem vel translacionem do
minij nunc in vno nunc in alio loco
Non dico tamen quod talis motus celi sit
ad hoc causa necessaria cogens sed quasi vehe
menter inclinans Dicit eciam ptholomeus
quod habitantes plus versus meridiem
magis abiles sunt et plus inclinati
ad artes mechanicas et scienciam stellarum
Et dicit haly quod sapienciores sunt de
tertio de quarto et de quinto Ptolomeus at
tamen plurimis sunt de tercio hoc tamen
non est tenendum pro regula generali sed
vt in pluribus et hominum Quantum vero ad
aliam differenciam locorum habitabilium scilicet secundum
longitudinem climatum sicut iam dictum
est ipsa non est tanta differencia nec tam nota
bilis sicut secundum latitudinem Et de hoc dicit
Ptholomeus Quod illi qui sunt versus
orientem sunt forcioris cordis et magis
animum suum manifestant Et eciam dicit haly
quod vestiunt se cum sua celare et habent ma
iorem potenciam faciendi res mirabiles
et sciendi astrologiam quia ipsi sunt
in oriente que est dextera pars mundi et sunt
de natura solis Sed econuerso versus occidentem est
de natura lune et habitantes in hijs parti
bus sunt contecosi more mulieris Et quando
habent victoriam de aduersarijs suis ipsi eos
occidunt et ipsi faciunt hoc magis ex tim
ditate animi quia minus timent ne se
vindicent si euadant Et addit haly
quod est interius ut in pluribus quia
in aliquibus hominibus possit contingere contra
rium quia hoc non est commune Et ita
est dicendum de alijs condicionibus supradictis
Ex premissis patet quod hij qui sunt de parti
bus septentrionalibus ac occidentalibus
sicut in francia vel anglia non sunt quasi
abiles naturaliter ad sciendum Astrologiam
specialiter de iudicijs astrorum Et secundum
ptholomeum in centilogio In hac sciencia
illi mediocriter possent proficere qui ad eam

non sunt abiles ex inclinacione nature
quare sequitur quod secundum astrologiam tales
in iudicijs astrorum communiter non proficiunt
Quapropter parum danda est fides maxi
me quantum ad iudicia que respiciunt effectus
fortune Et hec sufficiant de differencia locorum
et varia condicione habitancium quia ad
particularia descendere magis ad historio
graphos pertinet quam ad philosophos Et quia hic
et sepe in hoc scripto de oriente et occidente
fit mencio Sciendum quod oriens et occidens in
diuisione totius terre habitabilis non sumuntur
penes orizontes seu penes fines alicuius
orizontis secundum quod aliquando dicitur oriens et oc
cidens penes ortum et occasum solis Nam
infiniti sunt orizontes tam obliqui quam
recti Et quod est oriens vnius orizontis
est occidens alterius orizontis secundum quod aliquando
dicitur oriens et occidens penes ortum et
occasum solis ut dictum est Et ubique
est oriens respectu alicuius orizontis et occidens
vbique Sed verum oriens et occidens sunt in equi
noctiali circulo et in diuisione terre sumi
debent penes vltima terre vbi mare quod
vocatur occeanum deficit Et hoc est ad
vltimum habitabile vlterioris hispanie
pro occidente et ad vltimum indie vlterioris
pro oriente Et est oriens terre habitabilis dic
tum esse prima pars terre habitabilis versus ori
entem equinoctialis vel oriens prin
cipaliter orizontis terre habitabilis versus equinocti
alem et occidens pro parte opposita sumuntur
Communibus tamen ciuitati vel regioni potest
assignari proprium oriens et proprium occidens et
patet in canonibus astronomie et tabulis
sicut de toleto ad cuius meridiem facte sunt
tabule Toletane Auctor non accepit lon
gitudinem ab oriente sub equinoctiali sed
sumpsit occidentem sibi notum et certum respectu
situs sue regionis Quid autem de oriente
et de occidente et de eorum variacione assignacione
dictum est sicut proporcionaliter de meridie di
ci potest et de parte sibi opposita que est angu
lus noctis

Verum de diuisione terre secundum
Astrologos dictum est quam pro
diuisionem precedunt Nunc ad
diuisionem quam ponunt Cos
mographi prosequamur Sciendum igitur quod
secundum plinium Solinum Orosium ysidorum
et plures alios Cosmographos id est mundi de
scriptores quibus eciam concordant astro
logi alij sicut Albategni Terra diuiditur
in tres partes scilicet Asiam Affricam et
Europam Et quelibet illarum partium

pri in plures regiones in quarum descrip
cione principaliter sequar Orosium libro
de ormesta mundi et Ysidorum libro xiiii°
ethimologiarum quia isti alias auctores
breuiter et sufficienter ac fideliter recitant
Ad maiorem tamen declaracionem ubicumque aliqua
sunt addenda Has ergo tres partes orbis
veteres non equaliter diviserunt Nam
Asia a meridie per orientem usque ad sep
temtrionem pervenit Europa vero a sep
temtrione in occidentem Atque inde Affri
ca ab occidente usque ad meridiem Un
de evidenter orbem medium tenent due Eu
ropa scilicet Affrica Alium vero dimidium so
la Asia Sed ideo ille due partes facte
sunt quia inter utramque ab occeano mare
magnum quod mediterraneum vocatur eas
intersecando ingreditur

De Asia ergo principaliter per ordi
nem de qua sub illarum tamen
principalium orbis terre parcium
et de regionibus earum a descripcione Asie
sumens exordium que ex nomine cuiusdam
mulieris sic appellata est que apud
antiquos imperium tenuit orientis
Hec terra tercia porcio ab oriente ortu solis
a meridie occeano ab occidente nostro mari
finitur a septemtrione Meotide lacu et
Tanay flumine terminatur et certis partibus
occeano circumdata per totam plagam
tamen orientis extenditur Et usus occasu
a dextra Europam a sinistra vero Affricam
dimittit Ipsa vero ad mediam partem ori
entis habet in occeano eoo ostia fluminis
Ganges a sinistra promontorium Caligar
dama cui subiacet ad eurum insula
Taforbrane ex quo occeanus Indicus
vocari cepit a dextra habet Ymavi montis
ubi Caucasus deficit promontorium Sa
mara cui ad aquilonem subiacent ostia
Othoragore ex quo occeanus Siricus
appellatur In hiis finibus India est sic vo
cata ab Indo flumine quod ex parte occi
dentali clauditur et rubro mari exci
pitur Hec a meridiano mari usque ad ortum
solis porrecta et a septemtrione usque ad
montem Caucasum pervenit Reliqua
pars eoo et Indico occeano terminatur Habet
hec gentes et alias insula Tafor
brane que habet decem civitates Tales
ex reliquis insulis habitantibus plu
rimis sunt quas habet Taprobanam ge
mmis et elephantibus refertam Cri
sem et Argireum auro et argento fecun
das Tilem que arbor folia nunquam
carentem habet et flumina Gangen
et Indum et Ypanem illustrantes
Indos Terra Indie favonii spiritu salu
berrima in anno bis metit fruges
vice hyemis ethesias patitur gig
nit autem tincti coloris homines elephan
tes ingentes monosceron bestia
psittacum avem ebenum quoque lignum et
plures species aromatum et ebur lapi
des preciosos plurimos Ibi sunt et montes
aurei quos adire propter dracones
et griffes ac inmensorum hominum monstra
impossibile est Hec est Asia valde magna
quia secundum Plinium libro naturalium ipsa sola
est tercia pars terre habitabilis Et habet gen
tes 118 Et ideo cum ipse dicat Europam
maiorem Asia est quia includit
Indiam sub ea Dico itaque frons
Indie meridianus pellitur ad tropicum
Capricorni propter regionem pascalis
et terrarum ultimarum quas ambit bra
chium maris magni descendens a
mari occeano quod est inter Indiam
et Hispaniam ulteriorem seu Affricam
de quo supra tactum est Meridianum vero
latus Indie descendit a tropico Ca
pricorni equinoctialem circulum apud
montem Malaui et regiones ei conter
minantes Et transit per Sienem que nunc
Arim vocatur Nam in libro conim
plicatarum dicitur quod duplex est Siene
Una subsolstitialis de qua supra dictum est altera
sub equinoctiali circulo de qua nunc
est sermo et hec est civitas Arim
quam ponunt mathematici in medio
habitacionis sub equinoctiali Et
distat equaliter ab oriente occidente sep
temtrione et meridie Unde propter falsitatem
cuiusdam volgaris opinionis ponentis
Ierusalem in medio terre fuisse id est Christum
operatus est salutem in medio terre quia
longitudo semper non est quasi in medio
terre habitabilis ut ostendunt ea
que dicta sunt Sed est quasi in medio
climatum sicut supra dictum est cum de cli
matibus ageretur

Ex premissis manifestum est
quod magna est India in quan
titate Sed ex sequentibus quod
ipsa non est minor in mira
bilium varietate Nam in ea plu
rime altissime sunt montanis quibus sunt
pigmei duorum cubitorum homines

quibus bellum est cum grues qui tercio
anno pariunt octavo senescunt apud
eos quidam existit piper colore quidam albo
sed tamen causa serpentium qui ibi habi
tant incendio ingrediendo trahit Sunt
ibi Macrobii duodecim cubitorum longi
qui bellant contra griffes et corpora leonum
habent alasque et ungues perferunt aquilarum
Sunt ibi agrotte et Bragmani qui
ultro in ignem amore alterius alterius inferi
mus prycuntur Sunt et ibi Barbari
qui parentes confectos senio parent
mactare et eorum carnes ad epulandum
parant et impius iudicatur qui hoc fa
cere negat Sunt et alii qui pisces cru
dos comedunt et salsum mare bibunt
Sunt ibi hominum monstra et qui adu
sas habent plantas et octonos in pedi
bus digitos alii sunt qui canina habent
quibus vestis est pellis pecudum et vox
latratus canum Sunt ibi quedam mulie
res que semel pariunt et canos partus
educunt qui in senectute nigrescunt et lon
ga tempora senectutis non excedunt seu etatis
Et alie que quinquenos pariunt sed par
tus octavum non excedit annum Sunt ibi
quoque monosculi qui et karismapi vocantur
et senopes qui et ciclopes dicuntur qui uno
tantum fulti pede auram currendo vincunt et
in terram positi umbram sibi planta pe
dis erecta faciunt alii quoque sine capite quibus
oculi sunt in humeris pro naso et ore
duo foramina habent in pectore setas quoque ha
bent ut bestie Sunt et alii iuxta fontem
fluminis Gangis qui solo odore cuiusdam
pomi vivunt et si longius eunt pomum
secum deferunt Moriuntur vero si pravum odorem
trahunt Sunt etiam serpentes tam magni
quod cervos et ipsum occeanum transeunt ibi quoque
multe alie bestie horrendarum formarum
In gange quoque fluvio sunt anguille tre
ginta pedum longe Ibi est quidam vermis
ad instar cancri binaque habens brachia
sex cubitorum qui elephantes corripiunt
Indicum quoque mare gignit testudines quarum
testes capacia hospicia sibi faciunt ho
mines Alia quoque miranda esse leguntur
que omnia narrare longum esset sed ad
auctores remitto qui de his et aliis mi
rabilibus mundi tractant scilicet Plinius et
Solinus atque Ysidorus Ethimologiarum libro 20 capitulo 3o

Est iam ad terre divisionem re
deamus Igitur a flumine In
do quod est ab oriente usque
ad flumen Tigrim quod est
ad occasum Regiones sunt iste Arthusia

Parthia Assiria Persida et media
situ terrarum montuoso et aspero hec a sep
temtrione habent montem Caucasum A me
ridie mare rubrum et sinum persicum In
medio autem sui flumina precipue ydaspen
et Arabyn vel arabyn in his vero sunt
gentes xxxii due Sed generaliter Partia
dicitur quamvis scriptura sancte venitissimi
sepe Mediam vocent a flumine Tigris
usque ad flumen Eufrates Arthusia re
gio ab uno eius opido nominatur Sed
Parthia parti a Sithia venientes oc
cupaverunt unde et post eorum inmuttatam vir
tutem et Assiria reliquas supradicte provin
regiones a finibus Indie usque ad Me
sopotamiam sibi parthie nomine
traxerunt Regna in ea 18 sunt porrect
ta sunt a caspio litore usque ad regnum
Sitharum

Assiria vocata est ab Assure
filio Sem qui in primo post
diluvium incoluit hec ab
ortu Indiam a meridiam mediam tan
git ab occiduo tigrim A septemtrione
montem Caucasum ubi porte Caspie
sunt In hac regione primo inventus est
usus purpure et inde primo crinium et
corporum unguenta venerunt et odores quibus
Romanorum et Grecorum affluxit luxuria

Media et Persida a regibus
Medo et Perso cognominate sunt
quia eas provincias bellando
aggressi sunt de quibus Media ab oc
casu transfusa parthia regna amplectatur
A septemtrione Armenia cingitur
ab ortu maris Caspio dividitur A
meridie Persida Et sunt medie due minor
et maior

Persida vero tendens ab ortu usque
ad Indos ab occasu mare rubrum
habet ab aquilone vero mediam
tangit ab austro Carmaniam que
Perside annectitur quibus est Susa opidum
nobilissimum In Persida primo ars magica
orta est ad quam Nemroth gigas
post confusionem linguarum abiit ibique Per
sas colere ignem docuit ibique solem co
lunt qui ipsorum lingwa el dicitur

Post Parthiam et Mediam et
adiacentes eis regiones sequitur
Mesopotamia cuius nomen grecam
etimologiam habet quia in me
dio duorum fluminum constituta sit Nam
ab oriente Tigrim habet Ab occidente
Eufratem incipiens a septemtrione
inter montem Thaurum et Caucasum cum

ad meridie succedit Babilonia deinde
Caldea. Novissime Arabia Eudemon que
inter sinum persicum et sinum arabicum
angusto terre tractatu versus orientem
extenditur. In his sunt 28 gentes. In
Mesopotamia quoque est civitas Ninive
tridui dierum a Nino rege constructa et
nominata. In ea etiam est Babilonie caldeorum
caput Babilon civitas tam nobilis
ut non solum ab ea nominetur Babilo
nia sed Caldea etiam et Assyria et Mes
potamia in eius nomen aliquando transiret.
Hanc Nemroth gigas fundavit
sed Semiramis reparavit. Arabia ap
pellatur quasi sacra. Hec enim significat
sive sacrificans interpretatur eo quod sit re
gio thurifera odores generans. Hinc etiam
greci Eudemon. Nostri vero beatam nomina
verunt. In cuius saltibus mirra et cina
momum provenit. Ibi nascitur avis fenix
sardonix gemma et hiris. Ipsa etiam et
Sabba appellatur a filio Chus qui nun
cupatus est Sabba. Sciendum tamen quod Arabia
large sumpta habet omnes regiones ex
utraque parte maris rubri sinum plinium
et alsangarum et persicos antiquos spe
cialius tamen accipitur pro ea regione que
a lingua maris rubri usque ad Eufra
tem et sinum persicum versus orientem pa
lestinam et Ydumeam versus sep
temtrionem ex una sui parte cuius una
pars alia septemtrionalis et magis orientalis
extenditur ad montem Libani comprehe
dit totam terram Moab et terram filiorum
Ammon et regna Seon et Basan et aliquando
eius queincta esse vocatur in scriptura in
ysaie ubi sub honore Arabie comp
rehenditur Cedar. Sic etiam mons Synai
in Arabia sicut dicit apostolus. Sed adhuc quandoque magis
stricte accipitur ut excludatur Cedar
et Pharan et Madian et Epha et Sab
ba et Eudemon. Nam sic tempore Hierono
mi et deinde accepta est Arabia. Ge
ronimus dicit libro locorum Pharan terram A
rabiam esse et super Sarracenis dicit Madi
an et Epha et Cedar et Nabathean
regiones trans arabiam. Sed etiam Sab
ba turrea et Eudemon et tota regio Sab
ba sunt distincta. Similiter communiter arabiam
hoc modo dictam patet per eundem in ebrai
cis questionibus et ut ibi dicit de illa Sab
ba turrea inquit Virgilius Solis est turea
virga sabeis unde etiam de ista venerunt
magi ab oriente secundum eorundem. Non
de Sabba que est in Ethiopia. Nam
illa est in meridie.

Syria generaliter nominatur huius
maximas provincias scilicet
Comagenam Phenicem
et Palestinam cuius pars est Judea absque
Sarracenis et Nabatheis quorum
gentes sunt 12. Hanc Syriam Syrus
quidam perhibetur indigena a suo
nomine vocasse. Situs eius in mag
nam longitudinem porrectus in la
to angustior est. Hec enim terminatur
ab oriente flumine Eufrate ab oc
casu mari magno et Egypto tangens
a septemtrione Armeniam et Ca
padociam a meridie sinum arabicum.
Comagena prima provincia Syrie a
vocabulo Comage urbis nuncupata
est que quondam ibi metropolis
habebatur. Huius est a septemtrione
Armenia ab ortu Mesopotamia a
meridie Syria ab occasu mare magnum.
Feniceam ex quo nomine ap
pellavit Fenix Cadmi fra
ter qui de Thebis egiptiorum in
Syriam profectus in illa provincia apud
Sidonem regnavit. Ipsa est ubi Ti
rus est ad quam ysaias loquitur. Hec
autem Arabiam ab oriente a meridie
mare rubrum. In hac est mons Libanus
ad cuius radices oritur Jordanis flu
vius.

Palestina provincia Philistim
urbem metropolim habuit
que nunc dicitur Ascalon ex
qua tamen Regia vocata est. Huius
ab oriente mare rubrum occurrit a meri
diano latere Judea excipitur a septem
trionali plaga Tiriorum finibus clau
ditur ab occasu Egiptio limite terminatur.
Judea regio Palestine ex nomine
Jude appellata est ex cuius tribu reges
habuit. Hec prius Chanaan dicta a
filiis Cham a decem Chananeorum
gentibus quibus expulsis eandem
terram possederunt Judei. In latum longitudo
eius a vico Casa usque ad vicum Ulia
da porrigitur in quo Judeorum communi
ac Tiriorum communis habitatio est. La
titudo autem eius a monte Libani
usque ad montem Tiberiadis latum ex
tenditur. In medio autem eius civitas
est Hierosolima quasi umbilicus totius
regionis ut de terra Judea possit id

intelligi optatus est salutem in medio
terre. Hec autem terra variarum opum dives
est frugibus fertilis aquis illustris
opima vassimus unde propter existimaverunt
Iudei eam promissam patribus terram flu
entem lacte et melle. Est autem terra non
immerito fertilis eo quod sit in quarto climate
quod est temperatissimum sicut dicit Albumazar
quinto libro maioris introductorii.
Nam propter hoc narrat quod Nohe et filii
eius post diluvium habitaverunt in
Babilonia que est etiam in illo clima
te quia fuerunt prudentes astrono
mi et docuerunt primo Caldeos astro
nomiam per quam sciverunt illam ter
ram temperatissimam ideo ad eam de
clinaverunt. Samaria regio est pa
lestine et ab oppido quodam nomen
accepit que civitas quondam regalis
fuit in Israel vocata Samaria que
nunc ab Augusti nomine Sebastea
nominatur. Hec regio inter Iudeam et
Galileam iacet media cuius situs
natura similis est nec differens a Iudea.
Galilea regio palestine sic vocata
est quod gignit candidiores homines
quam Palestina. Hec duplex est superior
et inferior sibi tamen annexe sirie et
fenici adherentes. Terra earum optima
est fructibus satis fecunda. Penta
polis regio in confinio Arabie et pa
lestine sita est dicta a quinque civitatibus
impiorum que igne celesti conspite
sunt. Terra olim uberrima nunc autem
deserta atque destructa et exusta. Na
bathea regio a Nabath filio Ysmael
nuncupata iacet autem inter Iudeam et
Arabiam et surgens ab Eufrate
in mare rubrum porrigitur et est pars
Arabie circa Pentapolim et Nabathea
regiones est mare mortuum a quo
fluenta Iordanis absorbentur. Ibi sunt
et Sarraceni a Sarra dicti et Agare
ni ab Agar et Hysmaelite ab Hys
mael et Nabathei ab eius filio.
Et quia de Siria et Iudea
ac earum provinciis in quibus
sita terra situatur de qua et
eius locis ac civitatibus diffuse ac
particulariter quidam scripserunt ideo ad
eos de hiis remittens breviter pertranseo.
Verum tamen est quod sub silencio tran
sire non censeo videlicet ut sciamus quan
ta est terra promissionis et quantum possessa
est a Iudeis. Super Hieronimus in epistola

de terra promissionis latitudinaliter determinat
dicens quod nec David nec Salomon nec alii
possederunt umquam nisi a Dan usque Ber
sabe. Hinc post victoriam multos tribu
tarios susceperunt. Huius autem terre longi
tudo inter Dan et Bersabe vix continet
160 miliaria ut ipse ait et infert pudet
dicere latitudinem. Nam a Iope usque ad
filium vicum vitulum vicum Bethleem usque
ad Iordanem et arctum una dieta. Qua
propter parvum fuit possessum a Iudeis. Sci
endum tamen quod hoc quod inter dictum solum
fuit possessio circa Iordanem ultra enim
habuerunt suas possessiones due tribus
et dimidia sicut eadem epistola Hieronimi
patet. Sed repromissum fuit eis ab Eufrate
ex parte orientis usque ad mare magnum ex
parte occidentis et Ciliciam a tauro monte a par
te aquilonis usque ad fluvium torrentem
Egipti et usque ad terram Edom et Moab
et Amon ex parte meridiei. Super cuius terre
declaracione ad ea remitto que tractat Hie
ronimus libro primo et octavo super Ysai
am et 11° libro super Ezechielem.

Nunc vero Egiptum describamus
que prius Ethiria dicta postea
ab Egipto Danai fratre ibi reg
nante Egiptus nominata est. Hec ab
oriente Sirie ac rubro mari coniuncta est
et ab occasu Libiam habet a septemtrione
mare magnum a meridie vero usque ad Ethi
opes protenditur regio celi imbribus insue
ta et pluviarum ignara. Nilus solus eam
circumfluens irrigat et inondacione sua
fecundat unde et ferax frugibus multa
partem terrarum frumento alit ceterorum quoque nego
ciorum adeo copiosa ut repleat mercibus
eciam orbem terrarum. Finis igitur Canopia
a Canope Menelai gubernatore sepul
to in ea insula que Libie principium et
ostium Nili facit. Caput vero seu principi
um eius est Siene a qua secundum clima denominatur.
Sciendum tamen quod duplex est Egiptus superior
scilicet et inferior. Superior est continuativa
Ethiopie ut dicit Plinius et de Thebai
dis vocatur. Non incipit a Siene que
est civitas Thebaidis ut dicit Hieronimus
libro locorum et habet a meridie Ethiopias
ab oriente partem Arabie et ab orien
te superiorem partem Cafferete. Hec finem
Gosen in oriente rubro mari terminatur ibi
sunt gentes quas Trogodite vocamus. Et hec est regio
Thebaidos. Thebas enim Egipcias vocat

Isidorus xv libro Cadmus edificavit
qui postea in greciam profectus Thebas
grecorum condidit · in Achaia que nunc
dicitur principalis civitas et terra princi
pis Amorree Sed Egiptus inferior con
cluditur infra nilum ad modum insu
le triangulatis sit litera greca que del
ta dicitur ideo Egiptus delta antiquitus
vocabatur Et habet ab oriente terram phi
listinorum a septemtrione mare medi
taneum ab occidente Affricam a me
ridie superiorem egiptum A parte vero pales
tine est ostium nili quod vocatur pelu
sium ubi cadit unum latus trianguli
scilicet unum brachium Nili in mare de
quo pelusio habetur in Ezechiele ubi
vocatur robur egipti quia secundum hie
ronimum habet portum tutissimum ubi ne
gociatores maris maxime excercentur
Aliud autem ostium nominatur Canopum
ubi aliud brachium trianguli cadit
in mare versus affricam In parte vero affri
ce habet Egiptus super mare alexandriam
nobilem urbem ab Alexandro mag
no conditam que ab illo tempore caput est E
gipti constituta est Et hec est a qua
secundum clima denominatur Et distat a
siene secundum plinium libro sexto 400000
stadiorum Est et Nemphis civitas
que arx egipti que nunc dameta vo
catur a qua per viam dictam Tampnis
ubi pharao habitavit et Moyses
fecit miracula sicut dicit hieronimus super
ysaiam Sunt et alie multe civita
tes quas scriptura commemorat de quibus
pertranseo

Post egiptum superiorem Orosius a
parte meridiana ad partem que
est ab oriente ad septemtrionem
transiens describit montem cau
casum dicens quod inter colcos qui sunt
super cimericum mare et inter Albanos
qui sunt ad mare caspium mons cau
casus primo attollitur Cuius quidem usque
in ultimum orientem unum videtur iugum
sed multa sunt nomina Dicunt enim
quidam Cum a caspio mari orientis
per aquilonem urgens pene usque ad
Europam porrigitur Et per gentium
ac linguarum varietatem in diversis suis
partibus varie ac varie nominatur Ubi
quia in oriente excelsior est propter nive
um candorem caucasus nominatur

Alibi dicitur Insaltes Alibi seccope
don Alibi porte caspie Alibi ni
tanus Alibi torosius Alibi syrians Ali
bi ceraunia · alibi montes arme
nie et hircanie Et multi hunc accedi
volunt iugum tauri montis quia vero
ptholomeus Pathoatras mons ar
menie inter thanum et caucasum me
dius unum cum alio continuare videtur
Sed secundum Orosium hic non ita esse de
cernit fluvius eufrates qui a radi
ce pathoatre montis effusus tenditur
in meridiem ipsum montem thaurum
ad sinistram excludit Ad dextram
itaque ipse caucasus est inter colcos et al
banos ubi et portas habet dicitur a
portis caspiis usque ad armenias
pilas vel usque ad fontes tigridis flu
minis inter armeniam et hyberiam
montes acrocerauni dicuntur · a fon
te tigridis usque ad quartam civitatem
inter massagethas et parthos mons
ariobarzanes A quartas civitate usque
ad opidum tatippi inter hyrcanos et
bactranos mons menarmon ubi
amomum nascitur a quo proximum
iugum est mons qui parthau dicitur
ab opido tatippi usque ad vicum
saffrim mons Escobarces ubi gan
ges usque ad fontes fluminis octo
rogorre qui sunt a septemtrione
sunt montani paropanisade mons
tantus a fontibus octogorre usque ad
civitatem Octorogam inter hunnos si
tas et gandendas mons taurus
ultimus autem inter coas et passadras
mons Imaus ubi flumen chrysoroas
et promontorium samara orientali ex
cipiuntur occeano Igitur a monte ima
vo hoc ab imo caucaso et dextrum
orientis parte occeanus sinuus tenditur
usque ad promontorium boreum et flu
men boreum in deterius scitico mari
quod est a septemtrione usque ad mare
caspium quod est ab occasu et usque
ad extremum caucasi iugum quod
est ad meridiem hyrcanorum et scitarum
gentes sunt licet propter terras infecunditatem
vaga diffusionem oberrantes Mare
caspium sub aquilonis plaga ab oc
ceano oritur · a loco ei propinquo
quia est lacus aque dulcis Cuius

vsque circa occeanum littora et loca deser
ta incultaque habentur inde vsque ad
meridiem per longas angustias ten
ditur donec per magna spacia dilata
tur caucasi montis radicibus terminetur
Itaque a mari caspio quod est ad ori
entem per horam occeani septentrionalis
vsque ad thanaym fluuium et meo
tidas paludes que sunt ad occasum
per littus tinici maris quod est ab
affrico vsque ad caput et portas
caucasi que sunt ad meridiem gen
tes sunt xl sed generaliter regio prima
maxima albania vlterior sub ma
ri et monte caspio amazonum no
minatur Et ita Orosius de hijs di
cte finibus breuissime se expedit
De ca[m] 23[m] de predictis regionibus etc.
Ed Isidorus prefate mona
rchie ac fluminum distinctori
non insistens aliquas dic
tarum regionum particularius describit
Igitur Sericha regio a quodam eius
opido quod Sires dicitur nuncupata
est hec a sithico occeano et mari
caspio ad occeanum orientalem in
flectitur nobilibus frondibus fertilis
ex quibus vellera decerpuntur que
ceterarum gencium pro pluribus sericas ad vsum
vestium reddunt Bractie regioni
proprius eius bractius nomen dedit
partes quoque eius plane sunt prehensis
montium iugis ambiunt que ab vnde est
indi fluminis frondibus terminatur reli
qua includit Octus fluuius habet autem
terra hec fortissimos camelos nunquam
attenuentes parem Sicia sicut et gothia
a magoth filio iaphet nominata
est cuius terra olim ingens fuit nam
ab oriente indie a septentrione per
paludes meotideas inter danubium
et occeanum vsque ad germanie fines
porrigebatur Postea vero minor effecta
a dextra orientis parte qua occeanus
sericus tenditur vsque ad mare caspi
um quod est ad occasum dehinc ad
meridiem vsque ad caucasi iugum
deducta cui subiacet hircania
ab occasu habens gentes plurimas
propter terrarum infecunditatem late vaga
tes ex quibus quedam agros incolunt
quedam portentuose ac truces car
nibus humanis et eorum sanguine viuunt
Sithie plures sunt terre locupletes
inhabitabiles tamen multe Nam du

m plerisque locis auro et gemmis affluant
griffonum inmanitate accessus hominum ra
rus est hec terra smaragdo optima
est sed et cristallo purissimo et sta
mina magna ostorum falsiden atque Ara
zen Hircania dicta est a silua hir
cania que sithie subiacet habens ab o
riente mare caspium a meridie arme
niam a septentrione albaniam ab oc
casu hyberniam Est autem silua aspera
copiosa inmanibus feris tigribus
pantherisque et pardis de qua virgi
lius hircanique admorunt vbera tigres
Albania a colore populi nuncupata est eo
quod albo crine nascuntur hec ab ori
ente sub mare caspium surgens per
mare occeani seu per oram occeani sep
tentrionalis vsque ad meotidas paludes
per deserta et inculta extenditur huic
terre canes ingentes sunt tanteque fe
ritatis vt tauros premant leones peri
mant Armenia vocata ab armenio
Iasonis tessalie comite qui amisso re
ge Iasone collecta multitudine eius
que passim vagabatur armeniam cepit
Sita est autem inter caucasum et thau
rum a capadocia vsque ad caspium
mare protensa habens a septentrione
ceraunios montes ex quorum collibus
tigris fluuius nascitur et in quibus
montibus archa post diluuium se
disse perhibetur Duplex autem est arme
nia superior et inferior sicut due pa
nnonie hibena regio est Asie prope
pontum armenie iuncta in qua her
be tinctorie vtiles nascuntur Capa
docia vrbs propria nominauit hec in capi
te sirie sita ab occidente armeniam
tangit ab occasu asiam minorem
ab aquilone mare tincticum et the
miscirios campos quos habuerunt
Amazones A meridie vero taurum
montem cui subiacet silicia et y
sauria vsque ad silicium sinum qui spec
tat contra ad insulam ciprum Terra
eius ante omnia nutrix equorum alis
amnis per eam fluit qui quondam
lidie regna disiunxit a persis
Verum vero Sithiam et hir
caniam preterque eis adia
centes alias per regna dimi
due et denominat Regnum ab orie
nte habet occeanum A meridie insulas
occeani ab occidente regnum thracie
a septentrione desertum de babilonia

Regnum Tarse ab oriente habet regnum cathay
a meridie ditissimam provinciam vocatam
Sim ab occasu regnum Targuesten a
septemtrione quoddam desertum Regnum
Targuesten ab oriente habet regnum Tar
se a meridie caput deserti Indie ab occi
dente regnum parthie a septemtrione
Regnum Corasine Regnum Corasine ab
oriente habet desertum quod per 100 dic
tas extenditur A meridie regnum Tar
guesten ab occidente mare Caspium
seu mare de Sara quod etiam dicitur Cas
pium a septemtrione regnum regnum Cuma
nie Regnum Cumanie habet ab oriente
Regnum Corasine a meridie flumen quo
nullum maius Ab occasu mare maius
et Thanay A septemtrione Regnum Ru
sie maior in ea urbs Sata est Regnum
Iuergie alias Georgie habet ab oriente mag
num montem vocatum Albozor ubi mul
te nationes habitant et vocatur mons
et prius illa Alania A meridie habet Ar
meniam et extenditur per occidens usus
septemtrionem ad aliquas provincias reg
ni Turquie et longitudo extenditur per
totum super mare maius ex parte meri
diei Et dividitur in duo Regna quorum
unum vocatur Georgia quod semper fuit
subiectum imperatori Asie Aliud vocatur
Abca semper liberum a dominio tartarorum

[A]siam minorem describit an
te Egiptum Orosius breviss
ime qui de eius provinciis
nichil loquitur Sed Isidorus post omnes
Asie maioris Regiones predictas eam
convenienter locat Eiusque novem provi
ncias describit Ipsa igitur ab oriente
ad Capadociam Siriamque progreditur
Et alibi undique circumdata est mari
a septemtrione Ponto Euxino ab oc
casu Propontide atque Ellesponto A meri
die mari nostro id est mari Egeo ubi est
mons Olimpus et de ea nichil aliud
dicit Orosius Bithinia prima eius pro
vincia in Ponti exordio ad partem so
lis orientis adversa Tracie iacet multis
antea nominibus appellata Nam primo
Bericia vel Berica dicta Deinde mig
donia mox a Bitinio rege Bethinia
nuncupata est Ipsa est et maior Frigia Ni
chomedia urbs in ea est ubi Anibal
fugiens venenum hausit vitam expiavit
Galacia dicta a pristinis gallorum gentibus

a quibus extitit occupata Nam Gal
li in auxilium regi Bithinie vocati
regnum cum eo patrata victoria diviser
unt et deinde Grecis admixti
primum gallo greci nunc ex antiquo
gallorum nomine gallaci dicuntur Fri
gia ab una Europis filia dicta est
Hec et Dardania a Dardano Iovis
filio dicta de quo Homerus ait Quem
primus genuit Iupiter celesti arce Hic
autem profectus de Corinto cum tempore primus
venit in Frigiam Est autem regio Troa
di subiecta ab Aquilonis parte Gala
cia est a meridiana vicina est Licha
onie ab oriente Lidie adheret ab occi
dente ab Ellesponto mari terminatur
Huius regio Troya est quam ex suo
nomine appellavit Tros Troyanorum
rex Ganimedis pater Due autem sunt
Frigie maior et minor Maior Zmirnam
habet Minor vero Ylium Eius meniam
dicunt pergama Licaoniam et Tra
ciam discernit a Frigia Hermus flu
vius amnis arenis famosus Liddia
sedes antiqua regnorum que antea
Meonia dicebatur que per suum breviter
cum duos fratres reges Liddum et
Tirrenum ferre non posset hinc ex sor
te Tirrenus cum ingenti multitudine
profectus loca Gallie occupavit et Tirre
niam nominavit Liddia autem a Liddo
rege fratre qui ibi remanserat cognomina
ta est Coniungitur autem ab oriente mino
ri Frigie Ab ortu Zmirna habet urbem
quam Elles fluvius cingit Cingunt cam
pos particulis et Hermus fluvius cuius flu
mine arenis aureis ditissimum In ea autem
et Traceria Pamphilia media Cilicia et
Licaoniam media est que ab illa par
te qua Gallacie coniuncta est habet civi
tates quatuordecim Ysauria ex situ
loci nominata est quia undique auris
flatibus pateat metropolim habet Se
leuciam Cilicia a Cilice quodam nomen
traxit quem antiquiorem Ianem fuisse
dicunt Hec plurima iacet campis reci
piens ab oriente Siriam a meridie mare
Creticum a tergo montis Tauri iuga
habet cuius amnis influit Ciron ur
bem habet Tarsimeniam In ea est Chori
cus oppidum unde crocus optimus venit Licia
nuncupata est quia ab oriente adiuncta sit
Silicie Nam habet ab occasu et meridie [illegible]
nem mare A septentrione Cariam Ibi est
mons Chimera qui nocturnis estibus ignem
exaltat sicut in Sicilia Ethna et Vesuvius

in Campania Et h de Asia dicta
sufficiant
Cum loco post descriptam asia
ad Europiam transeamus
hec ab europia agenoris
libie regis filia vocata est
Iste autem est Agenor libie filius ex qua
libia id est Affrica nominata fertur vnde prius
prius libiam accepisse nomen postea eu
ropam Europa autem in terciam partem or
bis divisa incipit a montibus riphei(s)
et flumine tanay descendens ad occasum
per septentrionalem occeanum usque in fines
hispanie Cuius pars orientalis et meridiana
a ponto consurgens tota mari magno
mediterraneo coniungitur Et insulis ga
des vbi videntur herculis columne finitur
vel melius vt quidam dicunt finem ca
pit in capite sancti vincencij de Reg
no Portugalie Prima europe regio
est sithia inferior que a meotidis pa
ludibus incipiens inter danubium et oce
anum septentrionalem usque germaniam por
rigitur Dacia post hanc vbi et Gotia
deinde germania vbi plurima pars Sueui
incolunt quorum anni sunt quinquaginta
quatuor Germania post sithiam inferiorem
a danubio inter Renum flumen occeanumque
conclusa cingitur a septemtrione et
occasu occeano ab ortu vero danubio a
meridie Reno flumine dividitur Terra di
ues virum ac populis numerosis et immanibus
bus vnde et propter fecunditatem gignendorum
populorum germania dicta est Mittit cristallum
et gemmas aliquas Due autem sunt germanie
Superior iuxta septemtrionalem occeanum et
inferior circa Renum
Hinc de barbarico quod a da
nubio ad mare inferum se exten
dit expedit Sunt enim pro
uincie quas dividit danubius
a barbarico vbi sunt wandali Eruli
Turcilingi vinuli qui postea ytaliam
possederunt et postea longobardi dicti sunt
Schotouini storingi vulgares hunni
Sueui Saxones alijque multi qui ab
oriente habent pannoniam ab occidente
Sueuiam A meridie ytaliam Ab aqui
lone Danubium Messia vero prima est inter
prouincias quas danubius a barbarico
ad mediterraneum mare dividit que
a messium prouentu sic vocata est Vnde
et eam veteres cereris orreum vocabant
h ab oriente hostijs danubij iungitur
Ab euro vero tracie A meridie macedo
nie ab occasu histrie copulatur Pannonia
post Messia sequitur secundum ysidorum Inde
noricus ager frigidus et parcius ferti
tuosus postquam recto frugibus ferax
qui excipit galliam belgicam Pannonia
vero ab alpibus appeninis est inceptata
quibus ab ytalia secernitur Regio for
tis et sploleta duobus satis acribus flu
uijs Drano sauoque vallata coniungitur
autem norico et Retia habens ab oriente
Messiam Ab euro hystriam ab affri
co vero alpes Appeninas habens ab occa
su gallicam belgicam hystria vero habet
a septemtrione pannoniam cui yster
amnis nomen dedit qui eius terram influ
it sp(eciali)ter Danubius qui in Rethia que
et alamania ab alamano lacu vt
quidam dicunt nominata ortum habet
Et postea quadraginta pro(pri)is fluuijs
augetur et in septem hostia vt Nilus
dividitur et tandem mare ponticum ingre
ditur Tracia secundum Orosium post Messiam
locatur h habet ab oriente ponticidis
sinum et ciuitatem Constantinopolim que
prius Bizancium dicta est a septemtrione
partem Dalmacie et ab ea parte yster ex
tenditur ab occasu et affrico macedoniam
A meridie vero egeo mari adheret Cuius
regionem diuisarum linguarum et gentium
populus messagete sarmate scite alieque
plurime nationes incoluerunt ampla est
enim ibique ideo multe fuerunt gentes
Ebrum autem fluuium tracia fundit
qui eciam gentes barbarorum plurimas
tangit hanc vero a seruacia incolarum
quidam Tracia appellatam dixerunt
Vel tiras Iafet filius ibi veniens ei
nomen dedisse perhibetur vt alijs placet
Post Traciam Orosius Ma
cedoniam locat Sed Isidorus
greciam que a greco rege voca
ta est qui cunctam eius regionem inco
luit regno cuius sunt prouincie orte
Quarum prima ab occidente Dalmacia
Deinde Epirus Inde Elladis Inde tes
salia Inde macedonia Inde Achaia
et due in mari Creta et Ciclades Dal
macia a quadam eius prouincie magna
na ciuitate traxisse nomen existimatur
Adheret autem ab oriente Macedonie
A septemtrione Messie Ab occasu ystra
terminatur A meridie vero adriatico sinu
clauditur Epirus autem a pirro achil
lis filio cognominata est Cuius pars Chao
cahonia que antea molossia dicebatur
a molosso filio Pirri quem de andromacha
cha habuit Et postquam occasus e pirro

Insidijs horestis Andromata heleno
suscepit tenuitque regnum Primigium
qui patri successerat a quo molosia dic
ta est pars epiri quam helenus postea
a fratre caone quem in venatu per igno
ranciam dicitur occidisse qui nominauit
quam ad solacium fratris extincti Elladas
dicta est a Rege Ellana deucalionis
a pirro filio a quo primus greci ellenes
nuncupati sunt Ipsa est actica terra a
quadam femina sic vocata hec inter
Macedoniam et Achaiam media ia
cet Archadie a septemtrionali parte iunc
ta ipsa est et grecia vera vbi sunt athe
nas ciuitas mater liberalium arcium litterarum et
philosophorum mater qua nichil habuit gre
cia clarius In ea est marathonia
campus opinione quondam preliy fructuosissimus
huius autem sunt due prouincie Boecia
et peloponensis Boecia a cathmo a
genoris filio quam ei sors prima dedit
sic vocata est Vbi et thebas vrbem
construxit in qua olim ciuilia bella
detonauerunt Et vbi nati sunt appollo
et herculeus maior Ille thebanus Eadem
est conia vocata a fonte appollini et
musis consecrato Peloponensis vero za
ponensis elladis apellope Rege actice voca
ta est Tessalia a tessalio Rege cognominata est que ad meridianam plaga
Macedonie iuncta cuius a tergo pierres
va est multa in Tessalia flumina ciui
tates opida inter que papuer tessalonica
ibi est mons pernasus quondam appollini
consecratus Tessalia patria Achillis
fuit et origo lapthitarum de quibus fertur
quod hy primo equos frenis domuerunt
vnde et centauri dicti sunt Ibi primum soli
di aurei facti sunt Macedonia primo
ab Emachio rege Emachie nomen ac
cepit sed macedo deucalionis maternus
nepos postquam ibi accepit principatum
macedoniam a suo nomine dixit Est
autem confinis ab oriente egeo maria
meridie achaie ab occasu dalmacie
a septemtrione messie hec Alexandri
magni fuit patria Regio auri et venis
argentique optima mons olimpus
in ea est qui tam altus est vt in cacumine
nec venti nec nubes senciantur Achaia
ab Echeyo rege et vrbs et prouincia ap
pellata est hec pene insula est Nam
absque septemtrionali parte qua macedo
nie iungitur vndique septa est mari
ab oriente mirtinum mare ab occidente

ab aurco egeo A meridie Ionium Ab af
frico et occasu cassiopas insulas habet
caput est vrbs Corintus grecie decus
Inachus vero est Achaie flumina Ar
chadia ac sinus achaie est vt plan
tani folium inter Ionium et egeum mare
exposita quam archas Iouis et calisto
filius ex suo nomine nuncupauit Ipsa
est et sicionia a sicione rege a quo regnum
sicioniorum est dictum habet autem flumina
magnum Erimantum abeston quoque la
pidem qui semel accensus nunquam ex
tinguitur et candidissime eciam merule
ibi nascuntur Secundum hoc autem quod Orosius
Pannoniam ad Norico et Recia post
Dalmaciam describit Isidorus eciam
hec eam post Messiam locauit Postea
tamen Pannoniam et histriam describens
eas post greciam et ytaliam collocat
Nec istud obstat Nam eadem regio vel
prouincia potest ab auctoribus varijs in
locis collocari secundum diuersos respectus seu
varias habitudines quas habere potest
penes diuersas eius partes ad diuersas re
giones Vnde eciam aliqui lacedemoniam
post pannoniam describunt que habet
ab oriente messiam ab europo ystriam
Ab affrico montes appinos ab occa
su gallia belgica A septemtrione vero su
gitur Macedonie vel actice terre vel
melius vt quidam dicunt A septem
trione iungitur dicatthie athenatu
qui similiter se a cunctis partibus mari
tendat et flumen quod galliam et germa
niam diuidit et hoc germania ab orie
te pannonie vngarie et bohemie su
gitur A meridie vero ytalie
Italia olim a grecis populis
occupata magna grecia ap
pellata est Deinde a regis
nomine saturnia mox et latium dicta
eo quod ibi saturnus a Ioue sedibus suis
pulsus ibi latuerit Postremo ab
ytalo rege ibi regnante ytalia vocata
est Cuius situs longitudine amplius
quam latitudine circio incarum exten
ditur a meridie tirreno mari ab aquilone
lone adriatico clauditur ab occidente
alpium iugis finitur terra pulcerrima
soli fertilitate pabulique vbertate
gratissima habet latus venatum aneznum
atque hitrum flumina eridanum tibe
rim et tepentes fontibus baias Big
nit gemmas ceraunium cavallium et

ligurum boam quoque serpentem linchon
feram et diomedias aues ytalia
vero et hyspania ideo hesperie dicte sunt
quia greci hespero stella nauiget et
ytalia et in hyspania que duo sic dis
cernuntur quia si hesperiam solam dice
re significas ytaliam que in occidente
in fine habet autem plurimas prouincias
Tuscia enim pars est ytalie Umbria vero
pars tusciae Tuscia ac a frequentia sa
crorum et thuris vocata est Umbria
vero ut historie tradunt ab eo quod tempore cla
dis aquose id est cuiusdam fluminis atque dilu
uij imbribus superfuit nominata est Est
enim in iugis appenini montis sita in par
te ytalie inter meridiem Etruria pars
est ytalie sic dicta quia eius fines ten
debantur usque ad ripam fluminis tiberis
Rome enim fines circa unam tantum tibe
ris ripa tenebantur Alij etruriam dictam
ab etrusco principe putant Eadem ethi
rema a tireno lidorum rege hec et tuscia
quoque dicitur Apulia ubi Brundusium
quia Ethole diomedem ducem secuti con
diderunt Campania prouincie ytalie habens
terras hyeme et estate virentes quia
a ciuitate capua dictam ferunt Est et lon
gobardia a longis barbis dicta ubi
est padus fluuius venetia inde sequitur
a veneto rege dicta sunt et alie partes et
ciuitates ytalie quas describere non est presentis
operis

Gallia a candore populi inci
pata est Galla enim grece lac
dicitur hanc ab oriente al
pium iuga tuentur ab occa
su occeanus includit a meridie prerupta
pyrenei a septentrione Reni fluenta
atque germania Cuius initium Belgica fi
nis aquitania est regio gleba uberi
ac pabulosa et ad usum animantium ap
ta fluminibus quoque et fontibus irrigua
perfusa duobus magnis fluuijs Reno et
Rodano Galli autem Belgica a ciui
tate que belgis dicitur vocata est Cisal
pina gallia quia citra alpes Transal
pina gallia id est ultra alpes contra meridie
vel ytaliam vero quia sit inter renum Aqui
tania vero ab obliquis aquis ligeri
fluminis appellata est quia ex plurima parte
eius terminus est eamque pene in orbem
tingit hec de Gallia breuiter loquuntur
ysidorus sed Orosius eam describit a
pertius in modum qui sequitur Gallia bel
gica habet ab oriente limitem fluminis
Reni et germaniam Ab euro alpes

appenninas a meridie prouincia Narbonensem
Ab occasu lugdunensem a circio occeanum
britannicum a septentrione britanniam in
sulam Gallia lugdunensis ducta per lon
gum et angustum inflexa aquitaniam
prouinciam semis tangit haec ab oriente
habet Belgicam a meridie partem prouincie
Narbonensis qua Arelas ciuitas sita est
ubi et mari gallico Rodani flumen
excipitur Gallia seu prouincia Narbonensis
habet ab oriente partem alpes Cotias Ab
occidente hyspaniam A circio Aquita
niam A septentrione lugdunum Ab aqui
lone Galliam Belgicam A meridie mare
gallicum quod est inter sardiniam et insulas
belliares habens in fronte quasi Roda
nus fluuius in mare exit insulas Ste
chadas Aquitania prouincia obliquo
cursu ligeris fluminis qui ex plurima parte
terminus eius est in orbem agitatur hec
a circio occeanum qui aquitanicus sinus
dicitur Ab occasu hyspanias habet a sep
tentrione et oriente lugdunensis Ab eu
ro et meridie Narbonensem prouinciam con
tingit Sciendum autem quod ysidorus et Oro
sius aliique antiqui cosmographi nichil
pene loquuntur de francie regno in Gal
lijs constituto quod omnium regnorum Eu
rope nunc maximum est Nichil etiam
de eius precipua ciuitate Parisius ubi est
velut quedam mundi lucerna tam diuinarum
quam humanarum studium literarum Nichil pretera
de alijs huius Regni ciuitatibus ac suarum
pertinencijs aut aliarum vicinarum terrarum
huic regno adiacentium sicut lothorin
gorum leodiensium brabantinorum ha
nomensium cameracensium flamingorum
aliorumque plurium in quibus sunt urbes
et opida populo quoque numerose et multis
bonis ac diuicijs copiose Quod fac
tum esse existimo quia hij antiqui doc
tores tractabant non de dominacionibus
regnorum que sepe mutantur sed de diui
sionibus regionum que per aliqua immu
bilitate permanencia describuntur Et for
te etiam quia partes iste non tunc sicut
nunc erant populate nec famose sed et
veri cosmographi grecorum et Romanorum
scripta secuti sunt qui res suas multoplus
quam alienas extulerunt

Yspania prius ab hyspero
amne hiberia nuncupata
est Postea ab hyspano
hyspania cognominata est et vocatur
hesperia ab hespero stella occidentali
dicta Hec situ trigona circumfusione
occeani tirrenique pelagi pene insula

per est Primus angulus per[?] spectans ad
orientem a dextris Aquitanica provincia
a sinistris Balearico mari coartatus
Narbonensium finibus inseritur Secundus
angulus eius circium intendit ubi Bri-
gantia Galletie civitas sita ad specu-
lam Britanie erigit Tercius eius an-
gulus quo Gades insule intente in Af-
fricam Athlantem montem interiec-
to sinu occeani prospiciunt Sita est igitur
Hyspania inter Affricam et Galliam a
septemtrione Pireneis montibus clau-
sa a reliquis partibus undique mari con-
clusa salubritate celi equalis omni fru-
ctuum generibus fecundam gemmarum metal-
lorumque copiis ditissima Influunt eam
flumina magna Betis Minius Hiberus
et Thagus aurum trahens ut Pactu-
lus. Habet autem provincias sex Terra-
conensem Carthaginensem et Lusita-
niam Galiciam Beticam et transfreta in
Regione Affrice Tingitaniam Due
autem sunt Hyspanie citerior et ulterior
sic dicte quasi citra et ultra sed citerior
citra terras et ulterior quasi vel quasi ul-
tima. Vel quia post hanc non est alia
terra. Hyspania citeriorem ab oriente
incipientem Pirenei saltus a parte septe-
trionis usque ad Cantabros et Astures
deducit atque super Vacceos et Oretanos
quos ab occasu habet posita nostri maris
littore Carthagine determinat Et ita a Pire-
neo usque ad Carthaginem porrigitur Hys-
pania vero ulterior habet ab oriente Vac-
ceos Celtiberos et Oretanos A septe-
trione occeanum A meridie Gaditanum oc-
ceani fretum extenditur Unde mare nostrum
quod Tirrenum vocatur emittitur Et
hec in meridie a Celtiberis usque ad
Gaditanum fretum extenditur Et secundum a-
liquos transit Gaditanum fretum usque in
provinciam Affrice et extenditur ultra
Gades Herculis ac attingit montem
ad Athlantem Dicitur enim quod
Hyspaniam que nunc sic vocatur et
Affricam nunc dicta aliquando non erat
aqua decurrens sed terra continuando
ab antiquis temporibus sed postea cum oc-
ceanus irruit in profundum terre coniunxit
se mari nostro mediterraneo quod decurrit
per littus Aragonie provincie et Ytalie
Et hec de Europa dicta sufficiant
Exarata Europa iam ad
Affricam veniamus hec dicta

est Libia quia Libs flat .i. ventus Affri-
cus Alii dicunt a quadam muliere que
ibi regnum possedit Libiam appellata
sit Super tacitum est Affricam autem no-
minatam quidam inde extimant
quasi apricam appellari ab uno ex
posteris Abrae de Cethura qui vo-
catus est Affer et hoc testatur Hieronimus
Tamen plures provincias regio
nuncupata sunt a filio Cham que eius
omnis patria dicebatur Unde adiacens flu-
vius est Libia qui per hunc dicitur sicut
et totus regio Phuticensis Secundum autem
Salustium qui a Geographo alias a Gesippo
hystoriographo teste ac etiam Hiero-
nimo auctoritatis actor certissimus est hanc
Affricam ab inicio habuere Getuli et
Libies qui secundum Ysidorum a Grecis sive a
Gethis aut Gothis ab Aquilone per
mare venerunt. Getuli vero versus Egip-
tum et Libies occidentem habitaverunt
oberrantes late propter regionum am-
plitudinem Sed ut dicit Salustius autem
postquam in Hyspania Hercules interiit
exercitus eius divisus est Medique per
se et Armeni navibus in Affricam
transvecti loca varia occupaverunt et
paulatim per se copulaverunt se Getulis per
conubia et quia sepe vagi mutabant
loca semetipsos numidas vocaverunt
id est sine oppido vagos et errantes sicut
dicit Ysidorus libro nono Medi vero et
Armeni super littus maris nostri a Nu-
midis usque ad Gades habitant sub
libera Libya Sed Medi postea paulati
per linguae barbare corruptionem Mau-
ri appellati sunt Et hii omnes ab
occeano et Gadibus usque ad provinciam
Carthaginensem habitaverunt Hec pro-
vinciarum nomina secundum Salustium et Ysidorum
dicta sunt Sed iam secundum Orosium de hu-
ius terre divisione loquamur Igitur cum Affri-
cam antiqui terciam orbis partem dixerint
non spaciorum mensuras secuti sunt Nam
hoc mare quod ab occasu ex occeano
oritur in meridiem magis vergens an-
gustiorem intelligentes potius Affricam
quandam Europe portionem appellare ma-
luerunt Preterea cum multo amplius
terre in Affrica ardore solis quam in Eu-
rope rigore frigoris inculte atque incogni-
te sit que omnia quamvis tollera-
bilius sinunt frigus quam sinunt caloris

sustinet Ideo Affrica et situ et plus minor
est quia est ibi sub minus luzt spacy
et celi inclementia plus deserta incipit
aut a finibus egipti usque ad athlan
tem montem A septemtrionali vero parte
mediterraneo mari commota clauditur
et in gaditanum fretum finitur

Abet aut Affrica sequentes pro
vincias libiam te tirenensis
In prima afferica parte sita est
a cirene urbe Heliopolis que est in
eius finibus nuncupata hunc ab orien
te Egiptus est Ab occasu sirtes maiores
et trogodite A septemtrione mare libi
cum A meridie ethiopia ac barbarorum
varie naciones et solitudines inaccessi
bles que eciam basiliscos serpentes
creat Pentapolis greca lingua a quin
que urbibus nuncupata est scilicet Berinice
Sirene tocira Appollonia ptholomaida
Ex quibus ptholomaida et berice a
regibus nominate sunt Est aut penta
polis libie sirenensi adiuncta et eius
finibus deputata unde et regio sirenensis
dicitur a sirene civitate de qua quarto
regum legitur et in evangelio luce dicitur
de simone quodam sirenensi et in ac
tibus apostolorum de sinagoga sirenen
cium Sub sirenencium vero provincia tota
usque ad egiptum secundum multos auctores
computatur licet plinius eam post puam
constituta ab ea que vocatur libie
necotis

Ripolitana provincia que est sub
ucana vel Regio arzugum
dicitur quamvis arzuges per lon
gum affrice quoque generaliter vocentur
aras philenorum inter fines maiores
et trogoditas a septemtrione mare
siculum vel potius adriaticum Ab occa
su bisancium usque ad lacum salinorum
A meridie barbaros getulos nata
bores garamantas usque ad occeanum
ethiopicum pertingentes hanc greci tripo
litanam vocant a tribus enim magnarum
urbium quarum maior est leptis Alie sunt
Oeta sabreta. Leptis aut ibi est inter
duas sirtes minorem a parte carthagi
nensium et maiorem a parte Egipti
que salustio referente sunt loca vadosa
et arenosa que excitantur ventis et
fluctibus maris excitant pulverem
infinitum et arenas copiose unde sir
tes grece dicuntur a tractu pulveris
vel arenarum Ideo habitantes loca
proxima inde plurimum perturbantur hec

secundum aliquos vocatur libia vel affrica
fenicis quia ibi fenicia habitabant
scilicet tirey et sidonenses et est hec terra fer
tilitatis eximie Nam centesima fruge
reddit ut dicit Plinius Bisancium Regio
ex duobus nobilissimis opidis nomen
sortita est Ex quibus unum adrumetum
alterum Bizacium vocatur Hec sub tri
poli esse dicitur terra uberis fecunda ut
iacta ibi semina momenta pene centesima
fruge renascantur

Eugitis Regio est ubi Cartha
go magna situatur ipsa est et
vera affrica que carthaginensis
dicitur unde secundum salustium phenicenses a
tiro et sidone venientes super cupidie
loca Affrice invaserunt et Numidas
et getulos et ceteros affricanos coarta
verunt et carthaginensium provinciam
firmaverunt in qua sunt fontes triginta[6]
nobiliores scilicet ypona beati Augustini et
utica cathonis sed omni nobilior est Car
thago que in ebreo thusis dicitur sicut se
ezechielem dicit hieronimus unde et in di
vinis scripturis de carthaginensibus sepe
legitur hec carthago fuit tempore altera Ro
ma cuius imperium extendebatur usque egip
tum usque ad aras philenorum quas car
thaginenses exstruxerunt in memoria
duorum fratrum qui philenes dicebantur et
qui pro eorum republica voluntarie morti
obtulit se narrat salustius et ubi are
predicte sunt eodem salustio teste carthagi
nenses et sirenenses imperiorum suorum fines
constituerunt hec itaque regio inter bizan
cium et Numidiam sita est a septemtrione
mari siculo iuncta et a meridie usque ad ge
tulorum regionem porrecta cuius prima
que que fructifera sunt ulteriora aut bestiis
serpentibus plena atque onagris mag
nis in desertum vagantibus Betulia
aut Affrice provincia mediterranea est que
a gethis seu gothis nomen accepit
secundum salustium ut dictum est Numidia
ab incolis passim vagantibus sic vo
cata est quia nullam certam habent se
dem Nam eorum incerta sedes et vage nu
midie vocantur incipit aut a flumine
vazanga et in zeugitanum vel Affricam
carthaginensem limitem desinit huius
ab oriente sirtes minores et lacus sal
marum ab occasu mauritaniam A septem
trione mare illum quod spectat ad siciliam
et sardiniam ab occasu mauritaniam
setifensem A meridie montes usare et

17

Post eos ethiopia gentes prorogantur
usque ad occeanum ethiopicum Regio
autem est pinguis ubi autem silvestris
est feras educat ubi iugis ardua e-
quos et onagros pascat Est ibi exi-
mium marmor quod numidicum dicitur
Habet autem urbes papirus yppone reg-
num et Russitadam

M

Auritania a medis nomen
accepit secundum salustium ut te-
statum est vel secundum ysidorum
sic vocatur a colore populorum
Greci nigrum mauron vocant Unde
sicut Gallia a candore populi sic mauri-
tania a nigredine nomen sortita est
Cuius prima provincia mauritania sithi-
phensis que sitiphi habuit oppidum a quo
nomen regio traxisse perhibetur Mauri-
tania vero Casariensis colonie cesaree
civitas fuit et nomen provincie ex ea
datum est Utraque enim provincia sibi coniuncte
ab oriente Numidiam habent A septentrio-
ne mare nostrum Ab occasu flumen mal-
ua A meridie montem Asterisim qui
dividit inter viuam terram et fecundam
et arenas iacentes usque ad occeanum
In quibus errant gangines ethiopes
Mauritania tingitana et tingimetro-
politana huius provincie civitate vocata
est hec ultima Affrice assurgit exurgit
a montibus septem habens ab oriente
flumen malua a septentrione mare
nostrum usque ad fretum gaditanum quod
inter Abenna et calpes duo sibi contraria
promontoria coartatur et ab occidente ath-
lantem montem et occeanum adlanticum
Sub Affrico hesperium montem a meridie
gentes autolum vel gaulonum quas nunc
talandes usque ad occeanum hesperium pergran-
tes Et hic Orosius universe affrice terminum
ponit Nec ethiopiam describit sed ysidorus
Garamantes etiam regionem commemo-
rat Cuius caput Garama oppidum fuit Est
autem inter cirenensem et ethiopiam ubi
est fons qui quidem friget calore diei et ca-
let frigore noctis Regio vero Mauri-
tania tingitana gignit feras et simeas
et dracones ac struciones olim etiam
elephantibus plena fuit quos sola
nunc India parturit secundum ysidorum

Ethiopiam ponit ysidorus ul-
timam Affrice provinciam
terra solis ardore dictam a co-
lore populorum quos solis vici-

nitas torret Nam vim sideris prodit hominum
color quia ibi est iugis estus Nam quidquid
eius est sub meridiano cardine est terra
occiduum montuosa est arenosa in medio
Ad orientalem autem plagam deserta ca-
situs est ab occiduo athlantis montis ad
orientem usque in egypti fines porrigitur
A meridie occeano A septemtrione Nilo flu-
mine clauditur plurimas habens gentes diver-
so vultu et monstruosa facie horribiles
ferarum et serpentum referta est multi-
tudine Illic quoque monoceronta bestia que
vocatur Rinocerunta bestia et Camelo-
pardus basiliscus dracones ingentes
ex quorum cerebro gemme extrahuntur Iacin-
tus quoque et grisopassus ibi reperiuntur cinna-
momum quoque colligitur Due sunt autem Ethi-
opie Una circa ortum solis Altera circa oc-
casum in mauritania Et hec secundum ysidorum
libro xiiii Sed sicut idem ait libro nono Ethiopum
tres sunt populi principales hesperi ga-
ramantes in medio Indi in oriente Cum
garamantibus trogoditas involuit
quia coniuncti sunt Meroe vero que est
domina gencium inter nubienses et Indos
secundum Alfarganum collocatur Garamantes
a garama oppido quod est caput regni
eorum nominati matrimoniorum expertes passim
cum feminis degunt hesperi vero circa hispa-
niam commorantes Nam hispania
dicitur hesperia unde qui super ulteriorem
hyspaniam inhabitant hesperi dicuntur
Indi vero ethiopes dicuntur propter appro-
pinquacionem ad indiam a quibus incepit
Plinius describere gentes ethiopum post
quos sunt ethiopes de nubia Deinde
trogodite de quibus meminit scriptura
2o paralipomenon xii ut plinius narrat libro
v specus excavant ut sunt eius domus
victus eorum serpentum carnes sermonis
commercio carent Et in sexto libro dicit
Quorum gens trogoditarum a venatu dicta
equis velocior Et ysidorus libro nono
dixit quod tanta celeritate pollent ut
feras cursu pedum consequantur Igitur Ethio-
pia supra egyptum et affricam ad meridiem
extenditur ab oriente in occidens usque
ad mare ethiopicum et principales eius
regiones sunt ethiopum Indi sabei qui sunt
inter mexoen Nubienses trogodite ga-
ramantes hesperides quos sub triplicia populo
comprehendit ysidorus pars autem trogo-
diticum flectit se usque occidentem circa
fretes maiores et partes ultimas a
quibus distare videtur per octodecim dietas

fm plinium Et ido licet maior ps eorum vergit ad mare rubeum tamen aliqualiter se inclinat ad partem occidentalem scilicet affricae regionem et ultra eos versus occidens est regio Garamantium in deserto situm inter et carthagmensium Orientalis tamen ps eorum vergit in dictum Sicemae regionis fm plinium libro 6to ut tantum hesperides occidentales athlanticas partes attingant Multi autem alij ethiopes his terris plis divisis populati et tamen a natura hominibus debita multum depravati sicut ex libris Plinij et aliorum patet quorum autem et aliarum generum assignare mores non est presentis operis Ethiopia vero terminatur ad mare rubeum a parte orientis ad affricam ex parte occidentis ad egyptum In medio vero et extrema in quo medio est civitas Siene a qua secundum clima denominatur que est terminus ethiopie inferioris et ps suprema Egypti sicut dicit hieronimus super ezechielem In ultimis vero ethiopie et in fine habitationis note est civitas meroe a qua denominatur primum clima Nam a meridie ponit plinius moenam principium habitationis et fm eum observe usque moen sunt 4000 stadiorum et meroe distat a mare ethiopico tamen 100 miliaria et hic est civitas regalis ethiopie que est in saba insula Nilo inclusa quam Josephus primo antiquitatum a Cambise rege meroen nominatam ex sororis vocabulo refert ubi regnant candacis femina unde candax est nomen dignitatis quod ad reginas transit fm plinium et in actibus apostolorum legitur de eunucho candacis regine ethiopum Hec vero de terminis terre habitatorum descriptione dicta sufficiant

Ed quia in divisione terre et distinctione regionum sepe montes et promontaria commemorantur ideo de eis breviter dicendum est non tamen de omnibus sed de his quos ysidorus libro 14 notandos esse putat tamen opinione maxime celebratos Caucasus mons a candore dictus ab india usque ad taurum montes porrectus pro gentium ac linguarum varietate varie nominatur sicut supra dictum est Taurus mons a plerisque item vocatur caucasus quod supra ab orosio reperiatur Libanus mons fenicis altissimus cuius meminerunt prophete dictus a thure quia ibi colligitur thus cuius illa ps que est super eum ad orientem plagam respiciens

antelibanus appellatur i. contra libanum Ararath mons armenie in quo archa Noe post diluvium hystorie sedisse testantur unde usque hodie ibi lignorum eius videntur vestigia Celia mons est etiam armenie de quo non loquitur ysidorus In eo tamen et multis alijs simile de hac archa contigisse fertur unde intelligendum est autem eundem montem plura habuisse nomina vel plura tamen dumtaxat huiusmodi nominata quorum unum aliquando pro alio ponitur seu ps pro toto reponendum vocans est Atroceraunij montes propter multitudinem fulminum vocati sunt Sunt autem inter armeniam et hiberiam incipientes a portis caspijs usque ad fontem tigridis plinij yporei montes scithie sub ipso celi cardine in occeani littore siti dicti quia super ultra eos flat boreas Riphei montes in capite germanie sunt a perpetuo ventorum flatu nominati a quibus tanais emergitur Sunt autem Riphei montes archadie qui sine spiratione scribuntur Olimpus mons Macedonie nimium excelsus ut sub illo nubes esse dicantur unde virgilius nubes excessit olimpus hic macedoniam dividit a tracia hinc olim ceciderunt aliqui unum et idem fuisse eum ossa monte thessalie et tandem terremotu separatos et disiunctos paludibus quibus laborat thesalia exitum prebuisse Sunt autem alij montes vocati hoc nomine Nam est alius mons olimpus in gallo grecia et alius in minori Asia qui et misius dictus est In quibus radicibus dicitur olim hanibalem prusiam condidisse civitatem Alius est quoque mons olimpus in ethiopia versus austrum secus mare rubeum que autem oriente sole usque in horam diei quintam flammas emittit est autem non longe ab eliopoli civitate Athos mons macedonie velut quidam dicunt tracie ergo mare perveniendo etiam altior nubibus in altitudine sublimis ut umbra eius usque ad 16 miliaria protendatur In cuius culmine fuisse dicitur oppidum nomine croton [illegible] etatem hominum dimidio longe quam alibi longiorum Pernasus mons thessalie iuxta boeciam qui gemino vertice erectus est in celum hic in duo scinditur iuga cyrrheum et nisum et in singulis colebatur appollo et libera In cuius vertice dicitur, ut ye Plinij deucalionis nomen cum uxore pservatos Ceraunij sunt montes epyri rupibus iuncti arcubus dicti Sic fulmen enim grece cum fulmen ceraunos dicitur Coriticus

mons ytalie .s. ethurie agiito quondam
dardano appellatus Chimera mons est
lice cam ab ytalia distinans cuius si
mitas perpetuis flagrat flamis que augentur
aqua superinfusa terra vero iniecta extinguitur
hic alit circa flumen leones et paulo inferius
capras cuius radices sunt serpentum plenissime
Ida mons est frigie non longe ab
ylione surgens mari memorabilis in
dio paradis retulerunt vetes ibi solem
surgentem longe aliter quam in alijs terris
conspici Nam ex montis aspice cui gargara
ta nomen est a media nocte ignes plu
rimi videntur Et tandem qui sparsi fuerant
apparent in unum convenire donec una e
mittat flamam que postquam diu quidem incen
dio similis clara visa est se in rotundam
formam cernendam probet et ingens fac
tus globus terris apparet paulatim Deinde
decrescit et lucidior efficitur donec iam fugatis
tenebris se extollat in altum sol factus Ex
hoc etiam monte scamander qui et zontus
alij quam flumen statuerunt plures hos duos
montes memoratu dignos sensi licet
de eis taceat ysidorus propter pmissa que in
eis mirabilia et memorabilia referuntur
Appeninus mons appellatur quasi alpes penine
quia Anibal veniens ad ytaliam ipas
alpes aperuit Et post bella hyspanie
aceto rupit unde Juvenalis ait Et montes
rupit aceto Sed opinio communis est volgata ap
penninum esse qui in longum tendens totam
ytaliam in partes separat duas a dextris
inferum spectans mare A sinistris autem spec
tans superum in siculum fretum pgrediens qui
mape dicitur cum alpibus iungitur a pmon
torio quod monitus vocatur ubi est finis
provincie et Januensis maris in quo Ethi
na mons ex igne et sulphure dictus
unde et Jehenna hic ab ea parte qua terris
vel afficam flat bis spelumcas plenas sul
phure usque ad mare deductas que re
cipientes in se fluctus ventum creant
qui agitatus ignem gignit ex sulphure
unde est quod videtur incendium Pirreneus mons
etiam a crebris fulminibus et eorum ignibus
nuncupatur ipse qui est inter galliam et hys
paniam quasi ex industria inmentium
interiacet in eo nascuntur leones agrestes
mire magnitudinis Solinus a sin
gularite dicitur quia omnibus hispanie
montibus altior videatur Calpes mons
in ultimis finibus occeani totus fere in
mare pminens oppositus abile monti
de quo cum de gadibus ageretur et agetur
infra dicetur hinc dirimit europa ab
affrica quod athlantis fine esse dicunt
Atlas mons in fine Mauritanie propter
altitudinem suam quasi celi machina
sustentare videtur Unde ab Athlante
fratre pmothei Regis affrice qui primus
astrologie dicitur excogitasse et ideo
dictus est sustinuisse celum mons ex prefa
tus nomen accepit Alpes proprie montes
gallie sunt qui ytalie murorum exhibent
vicem hij togatam galliam dividunt
a comata non longe a rithia urbe in
cipientes et secundum quosdam in macedoniam
tendentes

Romontaria quasi pminen
cia dicta sunt unde nomen
sortitus est quod pmineat
sicut de sardinia salustius dicit Que et
in orientem et in occidentem pmineat
Sigenum pmontorium Asie ubi ellespon
tus aperitis dilatatur oppositum urbi talis
sic que in europa est dictum aut sigeum
propter herculis taciturnitatem quia a laomedo
te troyanorum rege prohibitus hospicio
simulavit accessum Et inde cum troyam
cum silencio venit quod dicitur sige, hal
cium pmontorium grece quod incurrat in
mare et per miliaria quinque non ptendit
ubi unda ita serena est ut navigantes
per longum videntur A malco autem rege argi
vorum nomen accepit unde non est acce
dendum propter vicinitatem nominum hoc est
montem qui malea vocatur Nam hic
est in media cuius mont umbra estate
in austrum hyeme ad septentrionem vergit
nec amplius tribus noctibus ex eo videtur
septentrio polorum Sicilie pmontorium aquilo
nem respiciens secundum salustium dictum a gu
bernatore hanibalis illic sepulto pachinum
aliud promontorium sicilie austrum aspiciens
ab acris constitudine austro eius pflatur
lilibeum tercium pmontorium sicilie solis oc
casum intendens vocatum ab eiusdem nominis
civitate que ibi sita est Boriam pmon
torium est numidie vocatum ita quia ad
aquilonem intendat hoc ypone Regium
postea dictum pro eo quia sit equore interrup
tum Calpis hispanie pmontorium anen
na affrice mauritanie occidentalis qui utrique
pminentes perpetuo influentis occea
ni concludunt et gaditanum coartant
fretum Sunt et alij plures montes quos
in descripcionem terre ab auctoribus nominantur
que causa brevitatis obmitto Sed quia

Ysidorus solum loquitur de extremis occidentalibus promontoriis. Quod de orientalibus dicitur convenit Sophera que mons est seu promontorium Indie orientalis ad quem Salomon classem transmisit non minus itinere triennio commorantem. Mossilitos autem promontorium est Ethiopie a quo cinamomum deue hitur. Et sunt qui dicunt nil ulterius esse opidum unum ethiopum in littore Bragaza. Sunt autem eciam plures montes et promontoria in descripcione terre ab auctoribus nominati sed de hiis famosioribus ad presens sufficiat.

E insulis vero dicendum est quarum plures eciam in terre descripcione commemorate sunt. Et primo de insulis occeani inter quas Orosius post descripcionem hispanie britanniam et hibiniam insulas que ad eius perpetuum in adversa galliarum parte site sunt primus explicat. Britannia igitur per longum in boream extenditur. A meridie gallias habet cuius proximum littus transmeantibus civitas aperit que dicitur Ruthubi ubi portus. Riam paul a morinis in austro batanos prospectat. Hec a vocabulo sue gentis cognominata est Britannia. Multa et magna flumina in ea sunt. Et fontes calidi et metallorum larga et varia copia. Minera gagates lapis ibi plurimus et margarite. Hec habet in longum millium passuum 800. In lato milia 200 secundum Orosium. Et secundum Ysidorum circuitus eius est quadragies octies septuaginta quinque milia. A tergo autem ubi eam longo occeano sunt orcades insule numero .xl. quarum viginti deserte sunt quatuordecim coluntur. Deinde insula tyle que per infinitum a ceteris separata versus circium medio sita occeano vix paucis nota habetur. Hec secundum Ysidorum ultima insula occeani inter orientem occidentem et septemtrionalem plagam ultra Britanniam a sole nomen habens quia in ea estivum solsticium sol facit et continuus in ea solsticiali tempore dies brumali quoque nox perhennis exigitur. Ultra quam naviga cione unius diei et pigrum et concretum est mare. Hibinia insula inter Britanniam et hispaniam sita longiori ab affrico in boream spacio porrigitur. Huius partes priores intente a cantabrico occeano Brigantiam civitatem gallicie ab affrico sibi in circium occurrentem spatio intervallo prospectat ab eo precipue promontorio ubi scene ostium est. et valabri luctinique consistunt. Hec licet terrarum situ angustior sit Britannia tamen celi solisque temperie magis utilis a scotorum gentibus colitur. Huic eciam Evonia insula proxima est. et ipsa spacio non parvo solo commoda. Et que a scotorum gentibus occupatur. Et hii sunt fines totius Europe secundum Orosium qui plures occeani insulas non commendat. Sed Ysidorus plures alias superaddit de quibus infra dicetur. De hibernia vero quam cum scocia ponit ipse dicit quod ab Affrico in boream porrigitur. Cuius partes priores in hibinia et cantabricum occeanum intendunt. Unde et hibinia dicta est. Ipsa autem scocia a scotorum gentibus creditur appellata. Illic nulla anguis avis rara. apis nulla. adeo ut advectos inde pulveres vel lapillos si quis alibi sparserit inter alvearia opere mina examina favos deserunt. In hoc autem quod de scotis dictum est concordat Orosius et Ysidorus. Nunc tamen Regnum Anglie in insula Britannie maioris est. Nam Britannia minor que in gallis sita est circa mare est. Eciam in maiori occeano secundum Ysidorum insula thanatos que freto gallico tenui spacio separatur frumentariis campis et glebo uberi. Dicta autem thanatos a morte serpentum quos dum ipsa nesciat asportata inde terra quocumque gentium vecta sit angues illico perimit.

Ed et de insulis aliis occeani quas Ysidorus commemorat agendum est. Gadis insula in fine Bocrie provincie sita est que dirimit Europam ab Affrica in qua herculis columne videntur et ubi tirreni maris faucibus occeani estus immittitur. Est autem a continente terra 120 passibus divisa quam tiri a rubro mari convecti profecti occupantes lingua sua gadis id est septam nominaverunt pro eo quia circumsepta sit mari. Fortunate insule suo nomine significant omnia bona quasi felices fructuum ubertate. Naturaliter enim preciosa poma silue proferunt fortuitis vitibus iuga collium vestiuntur messis et olus herbarum vice convalescunt. Unde gentilium error est. poete seculi fecunditatem eas esse paradisum terrestrem. Harum prima Nembriona dicitur. Secunda Iunona. Tercia Theode. Quarta Quaprasia. Alia Vinaria que aere nebuloso et concreto est mox

Camuarie canibus ingentis magnitu
dinis plena. omnes auibus plene ne
morosa palmifere nucifere. pinifere. mel
lis copia animalis vsque silvestribus ac
piscibus habundantes Site sunt autem
in occeano contra leuam Mauritanie
inter meridiem et occasum occiduo proxime
et inter se intiecto mari distincte Gorgades
Insule occeani obuerse sunt promontorio
quod vocatur Hesperaterus quas inco
luerunt gorgodes femine alite pernici tetro
hirsuto et aspero corpore et ex hiis insu
le cognominate Distant autem a continen
ti terra bidui nauigacione Hesperidum insule
vocate a cantate hesperida que sunt in fines
Mauritanie Sunt enim vltra gorgodes
site sub Athlantem littus in intimos mar
sinus In quarum ortis fingunt fabule dra
cone peruigilem aurea mala seruante
Fertur ibi esse maris estuarium adeo
sinuosis lateribus tortuosum vt viden
tibus procul lapsus angueos imitetur
Crise et argire insule in indico occea
no site sunt adeo fecunde copia metal
lorum vt plerique eas auream superficiem
et argenteam habere dixerunt vnde et vo
cabulum sortite sunt Tilos insula Indie
vireris omni tempore folia habet

Ed de Taprobana insula In
die que secundum Orosium decem
ciuitates continet. proprie sunt ad
miracionem specialiter dicendum est

Ipsa enim subiacet ad eurum ex qua oc
ceanus Indicus incipit patens in longi
tudine 8,1000 passuum in latitudine
224000 stadiorum. scindit ac amne inter
fluo tota margaritis repleta et gemmis pars
eius bestiis et elephantibus plena est
partem vero homines tenent. homines autem
sunt ibi corpore grandiores vltra omnem men
suram. rutilis comis. ceruleis oculis teu
toris soni nullo lingue commercio. alti
genti sociantur Cum negociatoribus aliis
in ripa fluminis merces apponunt. at vix co
plantas mercantur etas illis vltra humana
fragilitatem. prolixa ut immature pereat qui
centenarius moritur. nulli per diem som
nus. annona semper eodem tenore edificia
humilia et parua vitem nesciunt re
dundant pomis culturas et venatus
amant. borearum tigridum et elephantum
venacionibus delectantur piscaturique testitu
dinum quarum superficies domuum familiarum

operit In hac autem insula dicunt in vno
anno duas esse estates et duas hie
mes et bis floribus vernare locum
Sed vltra premissa que ab Isidoro recitata
sunt Plinius et Solinus de hac insu
la plura scribunt. vnde dicit Solinus quod
ibi stelle vocate septemtrionales nequa
quam videntur nec virgilie sed ibi lucet
canopus sidus clarum et amplissimum
solem orientem attingunt occidentem
a sinistra vnam ab octaua in sextade
cima tamen super terram vident Ad eam
insulam cursu Romanorum nauium sep
tem dierum iter factum est mare vado
sum interiacet altitudinis non amplius
senum passuum Apud eos eligitur Rex senex
et clemens liberos non habens quod si postea
habeat filios non sit regnum heredita
rium Regi dantur rectores triginta quorum
quorum vocatur consilio qui se delinquat
criminaliter morti iudicatur ita tamen quod nul
lus ei manum imponat. sed alimenta
et omnia ei denegantur et nullus cum
eo loquitur vnde per se deficit. maiores
quam sunt eorum opes quam Romane sed apud
Romanos maior vsus opulencie vt
recitat Plinius haec autem scita non
solum per diligenciam Romanorum sed etiam
Alexandri magni ad hanc insulam
misit Onesicritum prefectum classis vt
eam et eius condicionem exploraret
sicut narrat Solinus vnde etiam cum de
India loquitur antea cumque insula pars
est dicit quod Indiam liber pater primus
ingressus est a quo vsque ad alexandrum
magnum numerant annorum 6451 cum tribus
mensibus habita per reges computacione
qui 143 regnum tempore medio tenuerunt
Sed ne occasione huius numeri annorum aliqui
credantur fidei aduersum possumus hic
occurrere per ea que idem Solinus scribit circa
principium libri sui vbi cum de diebus
intercalaribus diffuse loquitur Narrat
quod ante Augustum Cesarem antiquitus
in certo modo annum computabat Nam
apud Egiptios quatuor mensibus termina
batur Apud Archadas tribus Romani
vero ab inicio annum decem mensibus
computauerunt a Marcio incipientes
potuit ergo esse vt inde Egipcios in an
norum computacione sequentur Et de hoc
ista iam dicta sufficiant

Dum vero insulas maris inri
mediterranei prosequamur et
que ab Ellesponto usque ad
ad gades constitute sunt Cyprus insula
a cinite cypro que in ipsa constituta
est nomen accepit ipsa est et paphon
veneri consecrata in carphatio mari
vicina austro famosa autem quondam
diviciis et maxime eris sibi enim prima
huius metalli inventio fuit et utilitas
h secundum Orosium ab oriente mari sirico
quod messinum sinum vocatur ab occidente
mari pamphilico a septentrione aulo
ne sirico a meridie sirie et phenitis pe
logo cingitur cuius spacium tenet in lon
go 124000 passuum Creta insula que
prius est ingens contra peloponensem h
illo a tempore celi macaronesum appel
lata est Deinde creta dicta a crete quodam
indigena Est ad insula grecie inter or
tum et occasum longissimo tractu procta
a septentrione grecie estibus ab austro
egipciis undis perfusa finitur at ab ori
ente carpacio mari a meridie mari libi
co quod et adriaticum vocatur hec in longo
milia passuum 172 in latum vero 40 secundum
Orosium qui preter duas prememoratas nul
lam aliam commemorat usque ad insulas
ciclades Fuit autem creta quondam cen
tum urbibus notablis secundum ysidorum unde et
h centopolis dicta est prima etiam
remis et sagittis claruit prima leges
scripta fixit equestres turmas prima do
cuit studium musicum ab ideis dactilis
in ea ceptum capreis copiosa cervos eget
lupos et vulpes alia quoque ferarum noxia
nusquam gignit serpens nulla ibi nulla
noctua Et si invehatur statim moritur
larga est autem vitibus et arboribus dit
tamus herbam in ea nascitur et almosa
que morsa diutinam famem prohibet
Sfolangos autem venatos gignit et lapidem
qui ydeus datilus dicitur post predictas duas
alias sequentes insulas ysidorus ponit
Abidos insula in europa super ellespon
tum posita est angusto et periculoso
mari separata Et Abidos grece ce dicta
quia sit introitus ellesponti maris in
quo perses pontem ex navibus fecit
et inde etiam transivit Choos insula
adiacens provincie actice in qua ypo
cras medicus natus est que ut varro
testis est arte lanificii prima in or
namentum feminarum claruit

Ciclades insule grece fuerunt sic dicte antiquitus
quia licet spaciis longioribus
a delo projecte sint in orbem tamen
circa delum site sunt Nam orbem
ciclon greci dicunt Quidam vero quia
in orbem digeste sed propter scopulos qui in ea
sunt seu circa eas dictas ciclades putant
hee in ellesponto inter egeum et maleum mare
constitute sunt Circumdate ex mirteo
pelago ab oriente finiuntur littoribus asie
ab occidente mari ycario a septentrione
mari egeo a meridie mari carphatico
Sunt autem numero omnes quinquaginta tendentes a sep
temtrione in meridie per milia 440 ab orien
te in occasum per milia 200 harum metropo
lis et prima ab oriente Rodos a septem
trione tenedos a meridie carpathos ab oc
casu cithera De his insulis sic breviter se
expedit Orosius Sed ysidorus licet non de
omnibus tamen de aliquibus specialiter prosequitur
Delos igitur insula in medio cicladum sita
est Et dicta fertur quia post diluvium quod
ogigi temporibus notatur ad orbem multis
mensibus continua nox obumbrasset
ante omnes terras radiis solis illuminata est
sortitaque ex eo nomine quod prima visibus ma
infestata est et fuisset Nam delon grece
manifestum dicitur ipsa est et ortigia eo
quod ibi primo vise sunt conturnices aves
quas greci ortigias vocant In hac insu
sula lathona est enixa appollinem et dya
nam Delos enim et civitas dicitur et in
sula Rodus est cicladum prima ab orien
te in qua rose capitolium dicitur esse inve
tum dum ibi civitas conderetur ex quo
et urbs et insula Rhodus est appellata
In hac urbe solis collossus fuit erens sep
tuaginta cubitorum in altitudine fuerunt
et alii 100 in numero in eadem insula collossi
minores fertur omne h insula adeo magno
terremotu fuisse concussa ut labentibus
nulla tectis ingens quoque collossus rueret
Tenedos insula una ex cicladibus ad
septentrionem sita a quodam tice profugo
ciceone teste condita est a quo insula
nominata est Carpathos una ex cicladibus
a meridie posita contra egiptum a qua carpa
tium mare appellatum est vocata propter celerem
fructuum maturitatem est enim inter egiptum et Ro
dum Ex hac quoque insula dicuntur carpasie
naves magne et spaciose Cithara a parte
occidua sita est cum prophicis antea non
fuit sic autem vocata quia ibi venus sit
orta Ycaria que ycario mari nomen
dedit hec inter samum et miconum procentibus
saxis inhospitablis est et inlitibus finibus

portuosa dicitur aut ceterensem stare
ibi naufragio perisse et inde imposito lo
co nomen Daxon insula a dio inposita da
quasi diotaxon quia fertilitate vicinis
vincat certas est aut a delo 18000 passuum
separata Ex qua olim iupiter fertur adversus
titanas fuisse profectus Melos enim ada
dum rotundissima una et inceperata est
Paros autem minima deinde paros dicta un
virgilius niveamque paron gignit enim mar
mor candidissimum quod parion vel paxon
dicunt mittit et stadium lapidem marmo
ribus prestanciorem sed in Gemas vilissimum
Chion insula sira lingwa appellatur ex eo
quod ibi mastix gignitur Greci enim mastice
chion vocant Samos insula in mari
egeo ubi nata est Iuno ex qua fuit sibilla
samia et pitagoras samius ex quo philosophie no
mentum est In hac primus fictilia vasa reperta
traduntur unde et vasa samia dicta sunt

Sicilia a Sicano Rege sicaniano
minata est deinde a Siculo ytali
fratre Sicilia primus autem trinacria dicta
propter tria abcia i. promontoria pelorum pa
chinum et lilibeum Pelorum aspicit ad aqui
lonem cum messina civitas proxima est Se
cundum sub quo civitas Siracusana respicit
ad euronothum Tertium ubi libea civitas si
ta est dirigitur in occasum hec ab ytalia
exiguo freto discreta affricum mare prospectans
terris frugifera auro habundans cavernis
tamen et fistulis penetrabilis ventis quoque et sul
fure plena unde et ibi estne montis extat
incendia In cuius freto scilla est et caripti
dis quibus navigia aut absorbentur aut
colliduntur Fuit autem patria ciclopum et postea
nutrix tirannorum frugum fertilis ac primo
terris omnibus commissis seminibus aratico
proscissa patria perem urbium siracusim habet
et fontem aretusam et alfeia flumina mag
norum generatorem equorum In ipsa primo insula
inventa est comedia aquate lapidem
ipsa quod primo ex Athlante flumine dedit
partum et mare eius coralium gignit et
sales agrigentinos in igne solubiles
crepidantes in aquis Habet secundum Orosium habet
a peloro in pathinum milia passuum 149
a pathino in lilibeum 1AA Et secundum Isidorum
omnis ambitus eius stadiorum 3000 Salus
tius ait dicit ytalie coniunctam fuisse Si
ciliam sed medium spacium impetus maris
divisum et per angustiam scissum Hec ab orien
te figitur adriatico a meridie mari affrico
quod est contra subnentanos et sirtes minores
ab occidente et septemtrione habet mare tireno

ab oriente usque ad subsolanum freto adri
aticum quod dividit tauromentanos
sicilie et brucios ytalie Trinacria
autem grecum est quod latine triquadra
dicitur quasi in tres quadras divisa
Tapson insula stadiis decem a sicilia
remota iacens et palmor unde et in
ceperata est unde virgilius tapsumque iacen
tem Eolie insule sicilie appellata ab eo
lo quem poete finxerunt regem fuis
se ventorum Sed ut varro refert fuit istarum
insularum Et quia earum nebulis et fumo
futuros predicabat flatus ventorum ab
imperitis visus est ventos sua potestate re
tinere Eedem insule vulcanie quia
ipse sicut ethna ardeant Sunt autem
novem quarum ipsa nomina quarum
prima liparus quidam lipparam vo
cant qui eam ancolum rexit Altera
therosia vocatur quia sit rebus ex
cellentissima Tercia ferongile in qua
eolus regnasse fertur Relique vero a
didime cum sirata fescia femcusa dicuntur
stoerpodes sonores qui nocte dolie fue
volcanne seu boltanie dicuntur Ex
hiis quedam ab initio non fuerunt postea
a mari edite usque ad nunc permanet

Sardinia insula est quam sar
dus ex hercule procreatus a
libea profectus occupavit
et ex suo vocabulo nomen dedit Hec
in affrico mari faciem vestigii humani
in orientem quam in occidentem latior
prominet ferme paribus lateribus
que in meridiem tendunt In ea neque
serpens gignitur neque lupus sed soli
fuga tantum animal exiguum sed hominibus
perniciosum venenum quoque ibi non nascitur
nisi herba per scriptores et poetas memo
rata apiastro similis que homines quasi
ridentes interimit Fontes habet calidos infir
mis medelam prebentes furibus ce
citatem si sacro dato oculis aquis tetige
rint Hec a meridie contra numidiam ca
ralitanos contra corsicam seu corticam in
sulam hec est versus septemtrionem habet
colbienses ab oriente et borea tirenum
mare quod spectat ad portum urbis Ro
me ab occasu mare sardum ab affrico
insulas Balcares longe positas a me
ridie numidicum sinum Cuius insule in
longo spacio tenet miliaria 180 secundum
Orosium Sed secundum Isidorum in longitudine

miliaria 180 in latitudine 60 et in diu
sitas minor contingere potest vel ex vicio
scriptorum vel quia est diversitas quantitatis mi
liariorum Corsica insula cum exordium inco
le ligures dederunt ab eis vocata est
nomine cuiusdam mulieris que corsa
dicta est Nam cum taurus ipsa que per
littora regebat transnatare solitum videret
cupiens scire incognita tauri pabula
taurum ad insulam navigio persecuta est
Cuius regressu ligures insule fertili
tatem cognoscentes ibi profecti sunt Eam
ex nomine dicte mulieris appellarunt
Hec autem grece dicitur tirenea a tirene arno
herculis filio habitata de qua virgilius
Tirenea taxus est ac multis promontoriis
angulosa gignens letissima pabula
et lapidem quem greci catotiten vocant
Dividitur ac a Sardinia 20 milium freto
to cincta ligustici equoris sinu ad pro
spectum ytalie Unde habet ab oriente tirre
num mare et portum urbis a meridie
sardiniam ab occasu insulas balares
a circio septentrione ligusticum sinum Est
autem in longum milia passuum 160 et in
latum milia 126 secundum Orosium

Stecades insule Massiliensium
60 milium spacium a conti
nenti terra site sunt in fron
tem narbonensis provincie qua
Rodanus fluvius in mare exit Dicte
autem grece stecades quasi opere in or
dine constitute scilicet sunt Ebosus insula
hyspanie sic dicta quia a serpentibus non per
sit quasi esosus Nam ab ea septuagin
ta stadiis distat Cuius terram serpentes
fugiunt Huic contraria est colubria que re
ferta est anguibus Balares insule
hyspanie due sunt Affrastades et
gemasides maior et minor Unde eas
vulgus maioricam et minoricam nun
cupat Maior terraconensis hyspanie
civitatem Minor barsilonensis civitate
versus septentrionem contra se habet Maiori
subiacet insula ebosos vel ebusos De
inde ab oriente sardiniam ab aquilo
ne mare gallicum A meridie et affrico
mauritaniam Ab occasu ybericum
pelagus spectat In hiis insulis primo in
ventus est usus fundarum quibus la
pides emittuntur Unde et Balares sunt
dicte Ballin enim grece emittere dicitur
latine in ballista quasi missa et fun

dibulum Unde virgilius balearis verba
funde Post maioricam a parte occiden
tali est insula Evixa et alia parva apud
eam desolata que dicitur formetera
Post quas per totam hyspaniam et gra
natam usque ad insulam Gades nulle
alie insule dicuntur reperiri Nec ultra
gades per regna hyspanie portugalie
et galitie inveniuntur insule alicuius
valoris In aliis autem variis partibus ma
ris plures inveniuntur insule parve de
quibus non est mencio facienda

Ed preter memoratas insulas
famosas que ab antiquis
auctoribus describuntur sunt
et alie minores minus famose que
a quibusdam notate sunt Unde in oc
ceano circa partes anglie ybernie et sco
tie sunt alique insule circa partes etiam
dacie et maxime in mari quod apud
indigenas orientale vocatur aliquae
bone et bene habitate que regno da
cie sunt subiecte et in partibus regnorum
svecie et norwegie sunt quamplures
insule subiecte dictis regnis quas no
minare vel prosequi longum esset In mari
etiam mediterraneo de venecia in Ro
maniam euntibus a parte aquilonali
inveniuntur plures que vulgari nomine
nuncupatur sclavonia In cuius plurima
inveniuntur parve insule quasi innumere
Et hic mare cum insulis ad distanciam
magnam extenditur multique boni por
tus reperiuntur et victualium copia reperitur
procedendo vero ulterius versus oriens in A
chaia que est pars Romanie versus a parte
occidentali plures inveniuntur bone insule
licet parve A meridionali vero plaga A
chaye multe sunt etiam sed deserte In dicta
autem ab orientali parte precipue inter creten
sem insulam eundo versus Constantino
polim a parte aquilonali a dextris et a
sinistris tam versus occidens quam versus oriens
inveniuntur plures inter quas sunt circiter 60
que consueverunt habitari de quibus
decem maiores sunt pennmenta et dun
aacu et illud mare in aliqua sui parte
vocatur agios pelagos quod apud nos
sonat sanctum mare In mari vero pontico
quod est contra Constantinopolim nulla insula
reperitur sed a parte meridionali cretensis
insule antedicte due sunt parve insule una
tamen maior altera que legolzi vulgari nomine

appellatur in egypto solum sunt due parue
insule inter mare prope Alexandriam ad
18 miliaria appellate lib octheri In si
ria est insula de tortosa de minimis aliis
insulis non est sermo In affrica sunt
alique insule specialiter illa que dicitur de co
lubris et de patriarcha que non habi
tantur Sed insula de lizerbi sub domino Sici
lie habitata est que est nimium fruc
tuosa Inter Siciliam et Affricam sunt
due insule scilicet lamalta et elyolzo quarum
prima est magnorum fructuum A latere
vero versus occidentem est insula lapanta
laria alie etiam parue circa Siciliam insu
le sunt quarum alique etiam continuitatem
nem habent in principatu capue prope ne
apolim est insula esta habens vinacos
viros multos Sunt et alie due que
vocantur capree et prochida circa vero partes
pisanas est insula elba ex qua mul
tum ferrum deportatur Inter Sardiniam
et Affricam sunt insule sancti petri et gala
thea habitatoribus destitute post has
a parte occidentali sunt insule hispanie
de quibus dictum est et hec de insulis
sufficiant

Postquam de celo et de terra dic
tum est et eorum partibus etiam
de aqua dicere convenit scilicet de
mari et eius varietate et
stagnis et lacubus ac fluminibus de
ventis etiam qui ex aquis gignuntur Et
in his maxime sequar Isidorum libro 13o
licet quedam ex aliis auctoribus nonnullis
utiliter superaddam Primo ergo de occeano
dicendum est quem greci et latini ideo sic
nominant quia in circuli tali modo ambiat
orbem sive a celeritate quia ocius currit
Ipse est qui oras terrarum amplectitur al
ternis que estibus accedit atque recedit Re
spirantibus enim in profundo ventis a
revolvit maria aut absorbet hic
a proximis regionibus diversa vocabula
sumpsit Germanicus scithicus caspius
Nam gaditanum fretum a gadibus
dictum ubi primo ab occeano maris
magni scilicet mediterranei limen aperitur
Unde et herculis cum gadibus pervenisset
columnas posuit spectionis ibi terrarum
finem esse hec de occeano breviter lo
quitur Isidorus Sed de eius extensione
super terram ambigua disceptacio est Nam
secundum vulgarem opinionem terres fere quartam

terre cooperit Sed est quorundam philosophorum
opinio quod quantitas terre habitabilis ater
est et quod aqua cooperit modicum debet esse
sic supra tactum est Nam versus polos
mundi oportet quod aqua habundat quia
loca illa frigida sunt propter elongationem
a sole frigus ac multiplicat humiditatem
et ideo a polo in polum decurrit aqua
in corpus maris et extenditur usque ad fi
nem hispanie et usque principium indie
possit esse ultra medietatem equinoxial
circuli sub terra accedens ultra ad finem
hispanie Et Aristoteles et eius commentator
libro celi et mundi ad hoc inducunt racionem
Prima elephantes sunt tamen in illis
locis duobus Nam circa montem Ath
lantem habundant elephantes ut pli
nius dicit Et similiter India Etiam in
hispania ultiori est frequentia elephan
tum Sed Aristoteles dicit quod in illis locis ele
phantes esse non possent nisi esset simil
complexionis et si esset multa distan
cia non haberent complexionem similem
Ideo concludit hec loca esse propinqua et ma
re intermedium esse parvum Et tamen mare non co
operiret tres quartas terre propter hoc quia
principium orientis sunt prope cum mare parum
ea separet ex altera parte terre Secundo
medietas equinoxialis circuli non erit
habitacio inter oriens et occidens nec me
dietas rotunditatis terre et plus quam revolu
cio medietatis celi Tercium autem sit non
est corporibus nostris mensuratum nec inve
nimus in libris antiquorum certificatum
Nec mirum quia plus medietate quarte in
qua sumus est nobis ignota Nec sunt
cuncte a philosophis comprehense Similiter
si loquamur de aliis duabus quartis et
consideremus vias naturales non eximit
illis coopertis aquis ut vulgus mathema
ticorum extimat Et ad hoc inducunt alique
raciones quas prosequi non est huius operis
Ex quibus patet quod quantitas occeani super
terram et eius habitudo super terram valde
de incerta est

Mare magnum est quod ab oc
casu ex occeano fluit et in
meridiem vergit Deinde ad
septentrionem tendit quod
ideo magnum appellatur quia post occe
anum cetera maria in comparatione eius
minora sunt Ipsum etiam mediterraneum
dicitur quia per mediam terram usque in

oriente profundit(ur) Europam et affri
cam Indiamque distinminans Cuius
prime partis sinus qui in hyspania
profundit(ur) hibericus et balearicus
appellat(ur) appellat(ur) Deinde gallicus
qui Narbonensem provinciam alluit
Mox ligusticus qui romanam
provinciam seu Marsilien(sem) per longum
distendit et qui iuxta Ianuam urbem est
primus Postea tirrenus qui ytaliam
attingit quem greci Ionium ytali In
ferum vocant Inde siliculus qui sicilia
usque ad cretam vadunt Deinde est
creticus qui in pamphiliam et egiptum
protendit(ur) Postea est Ellespontus qui
in septentrionem vergens amfractibus
magnis iuxta traciam et yliricum in
angustias septem stadiorum stringit(ur)
quo et xerses ponte manibus facto
in greciam commeavit Ibi est abidos inde
diffusus equore patenti Rursus strin
git(ur) et facit propontidem qui mox in
400 passus coartat(ur) fit que bossforas
et tracius quo darius copias trans
portavit Inde ponticus sinus amplis
simus a tergo meotides paludis quod
mare ex multitudine fluminum dul
cius quam cetera nebulosiusque et brevius
Unde et ponticum vocatum quia fit
brevius Et ideo preter focas tinnos atque
dalphinos beluas maiores non patit(ur)
In mari vero pontico quod est ultra consta
tinopolim nulla est insula Sz isto
mare tanay quod vulgariter dicit(ur)
mare delatana ac in quinto cap(itulo)
in mari 100 profundus vero sive altitudo
ipsius usque ad 20 vel 24 pedes ascendit
quod mare quidam dicunt esse paludes
meotides et quoque adeo fortit(er) congela(tur)
ut super ipsum currus onusti ducant(ur)
Meotis enim palus est ingenti fama
et magnitudine memorabilis que
ut quidam ferunt licet apud scitas
ambitus 200000 passuum circa qua
incolunt meotici populi a quibus ipsa
sortita est hec athanay causat(ur) ab
aquilone veniente que theodosianam
urbem ponte cadit Sciendum tamen est quod
sicut terra licet una sit per diversa loca va
riis appellat(ur) nominibus Ita et per regi
onibus hoc mare magnum varie no
minat(ur) Nam hibericum et asiaticum
a promontoriis dictum ab insulis balearicum
siculum cretensium ciprium egeum car
patium Nam inter tenedum et chium sax
um est potius in mari quam insula
quod videntibus procul capre simile
credit(ur) quam greci ege nuncupant Unde
et egeum mare est dictum sicut et car
patium mare inter egiptum et rodum ab
insula carpato ibi posita A gentibus
autem dicit(ur) mare gallicum ausonium dal
maticum Ab opidis Argolicum chorinti
vel chorinticum tirium adriaticum Nam
Adria quedam civitas illirico mari pri
ma fuit que adriatico mari nomen dedit
A positione celi etiam denominat ut superum
et inferum quod sit oriens superior et occi
dens inferior Et est autem tuscum et adriati
cum A memoria vero regis dicit(ur) mare
Ionium. Ionius quippe rex fuit grecie
Unde pueri Athenienses hoc mare etiam
tirrenum dictum sive quod tusciam alluit id est
tirreniam sive a tirrenis nautis qui se
in hoc mari precipitaverunt Et sciendum
est Ionium sinum esse immensum scilicet a Ionia usque
in Siciliam Et huius partes esse Adriaticum
Achaicum et epiroticum a moribus earum
accolarum Eusinus etiam dicit(ur) astenus
antea appellatus A casibus vero hominum qui
decesserunt in mari denominat(ur) elespon
tum Icarium mirteum Nam mirteum
mare dictum est a mirtili lapsu quia
illic precipitatus sit Icarius vero cretensis
ut fabule ferunt altiora petens pennis
solis calore solutis mare in quod cecidit
nomen imposuit Frixus quoque cum elle so
rore sua insidias novercales fugiens ascen
dit navem signum arietis habentem qua
liberatus est Elles autem soror eius oppressa
naufragio cecidit in mare A ellesponto
nomen dedit Ab ordine vero fluendi nominat(ur)
mare propontidis quia pontum provenit
Idem a tristitia vel angustiis in vatibus bosso
rus dicit(ur) Egiptium autem pelagus asie dat(ur)
gallicum Europe Affricum libie Pelagus
autem est latitudo maris sine littore et portu
Sinus dicunt(ur) maiores recessus
maris ut in mari mediterraneo
Ionius in occeano vero caspius
indicus persicus Arabicus Et hic
est mare rubrum quod occeano ascribit(ur)
Rubrum autem mare vocatum est quod sit ro
seis undis infectum non tamen ex natura
aque sed terre quia omnis terra que circumstat
pelago rubra est ideoque minium acutissimum
inde excerpit(ur) quo pictura variat(ur) oblit

etiam quia in hiis litoribus gemme rubee
inveniuntur. Hoc mare in duos sinus divi-
ditur seu scinditur et ille qui ab oriente
est persicus appellatur quia circa illum persi in-
habitant et hic Indiam ab Ethiopia dis-
tinguat. Alter vero Arabicus dicitur quia
circa Arabiam sit. Sciendum tamen est quod Ara-
bia large sumpta habet omnes regiones
ab utraque parte maris rubri secundum Plinium et
Alfraganum et philosophos antiquos. Specia-
lius tamen accipitur pro regione solum
que est a lingua maris rubri usque ad
Eufratem et sinum persicum versus orientem
et usque Palestinam et Ydumeam versus
septentrionem ex una parte. Cuius alia pars septen-
trionalis et magis orientalis extenditur
ad montem Libani et comprehendit totam
terram Moab et terram filiorum Amon et regi-
na Seon et Basan et aliqua eis coniuncta
etc. ut dicitur scriptura in Ysaya ubi sub onere
Arabie comprehenditur Cedar. Sic etiam
mons Sina est in Arabia sicut dicit apostolus sed
adhuc magis stricte quandoque sumitur ut excludat
Pharan et Cedar et Madian et Epha et Sabba
et Eudemon. Nam sic tempore Hieronimi
et deinceps accepta est Arabia quia ipse
dicit libro locorum Pharan terras Arabie esse
et super Ysayam dicit Madian et Epha Cedar
et Nabatheam regiones esse trans Arabiam.
Quod etiam Sabba turea et Eudemon et
tota regio Sabba sic distincta similiter contra
Arabiam hoc modo dictam patet per eundem
in hebraicis questionibus. Et ut ibi dicit de prima
Sabba turea inquit Virgilius solis est turea
virga Sabbeis. Unde etiam de hac venerunt
magi ab oriente secundum Crisostomum. Non de Sab-
ba que est in Ethiopia nam illa est in me-
ridie. Item adverte quod illud quod est a parca
tempore Sciendum tamen est usque huc dicit pomi
super in capitulo 18° sed sic erat in originali quia
illic loquitur de Arabia. Sciendum insuper
quod hoc mare rubrum est valde magnum secundum
Hieronimum in epistola ad Rusticum monachum.
Navigantes mare rubrum multis difficul-
tatibus et periculis ad urbem maximam
perveniunt. Felix cursus si post sex menses
supradicte urbis exortum teneat a quo se
incipit aperire occeanus per quem vix a-
no spacio ad Indiam pervenitur. Ergo a por-
tu maris rubri qui est versus nos requiritur
navigacio usque ad Indiam per annum et dimi-
dium. Et Hieronimus dicit in libro locorum quod
classis Salomonis per triennium ab India de-
portabat commercia ut anno et dimidio
navigarent usque ibi et tanto tempore re-
dirent sed inmensa est distancia rubri

maris usque ad finem Indie super terram
est plus quam medietas terre licet oppositum
venire ad opinionem Esdre et Aristotelis ac
sui commentatoris Averrois que superius
tacta est de habitacione terre habitabilis
seu de magnitudine ipsius. Et istis so-
lum hic recitatis ut de maris rubri
magnitudine aliquid dicerem. Unde con-
stat secundum Plinium et Hieronimum et
Alfraganum quod etiam brachium maris
magni tangit meridianam Indie et
decurrit per regiones eius medianas
et decurrens protrahitur donec omnia
navigacio conticeat ad mare et in
illo mari ad circulum usque terre Indie et
insula Taprobana de qua supra dictum
est. Illud etiam sciendum est quod in parte A-
rabie que est versus situm prope orientem
ultra tristitiam filiorum Ysrahel super litus maris
rubri est demittatur regio secundum Plinium
et Hieronimum ubi est Elam civitas
ultima Palestinorum. Nam in hac par-
te ultra in desertum sufflectit se an-
gulus Palestine ad rubrum mare secundum
Hieronimum et ut dicit Plinius ibi
prope est Stagnos insula maris rubri
quam tamen non intrant ex proposito
circa littora errando moriuntur. Et hec
de mari rubeo sufficiant.

Estus ad occeanum pertinet fre-
tum ad utrumque mare. Nam
estus est maris accessus
et recessus et inquietudo. Unde estuaria
dicuntur per que mare vicissim tam ac-
cedit quam recedit. Fretum autem appellatum
est quod ibi semper mare ferveat. Nam fre-
tum est angustum et quasi fervens
mare ab undarum fervore nominatum
ut est Gaditanum vel Siculum. Nam
fretum dicit Varro aut quasi fervidum
et fervens et motum ferventis habens.
Fretum autem Sicilie quod Regium dicitur
Salustius tali causa vocatum scribit dicens
Ytalie coniunctam olim Siciliam fuis-
se et dum esset una tellus medium spa-
tium scissum et ruptum est aquis et
inde Regium nominatum quia greci abrup-
tum hoc nomine nuncupant. Est autem pas-
suum paucissimum 3000 spacio Sicilia ad
Ytaliam tendens fabulose infamie mons-
tris cuius hinc inde Scilla et Caribdis
ostenduntur. Scillam accole saxum mari
imminens appellant cui monstruosam
faciem dederunt quasi formam hominis
capitibus succinctam caninis quia

collisi ibi fluctus latratus videtur exprimere. Caripdis autem dicta est quia a gurgitibus occultis ibi naves absorbeat. Est enim mare verticosum et ter in die vomit fluctus et erigit et ter absorbet. Iam accipit aquas ut vomat, vomit ut rursus accipiat. Sirtes vero sunt arenosa in mari loca que Salustius a tractu vocari dicit quia omnia ad se trahat et appropinquanti vadoso mari hereant. Hec autem ad mare egiptum proxime sunt ut patet ad inspicientes. Vada autem sunt per que in mari vel in fluminibus animalia pedibus vadunt que Virgilius brevia appellat, greci brathea. Quia vero hic de freto gaditano tactum est et sepe in descriptione terre et maris et insularum eius gades commemoramus, sciendum est quod in fine terre habitabilis versus occidens ubi est occeanus erant sicut dicunt alii quedam ymagines seu ydola in quibusdam insulis posite ibi in signum quod ultra non erat habitatio et erant prope passagium herculis, quas fertur vidi et gades seu columne herculis nuncupantur et dicit quidam. Et dicunt quidam quod similes posuit versus oriens. Et dicunt quidam sicut Avicenis in libro de celo et mundo in fine libri secundi. Quod hee ymagines erant prope hyspania. Et quod eas vidit erectas sed postea destructe fuerunt per barbaros qui insulam illam invaserunt anno a predicatione machometi 621 quod fuit circa annum a christi incarnatione 1041. De columnis autem herculis alibi sic invenimus scriptum. Abila mons est in mauritania multum altus oppositus talpe monti qui in hyspania. Quos ambas herculis esse columnas aiunt quidam. Ethos vero eum et id colle continuato olim fuisse montem sed ab hercule divisum et ab occeano inde intromissum terris mare quod postea mediterraneum est dictum. Sed priori narrationi fidem magis adhibeo. Et hec de mari dicta sunt.

Sunt quedam vocata maria propter sui magnitudinem et tamen non sunt quia non insistentur erream fluctibus aut mari magno sed magis dicuntur lacus et stagna. Lacus ac id est stagnum eo quod ibi stet nec decurrat. Et lacus dictus quasi aque locus ubi scilicet aqua retinetur nec concitetur fluctibus. Nam fontes fluunt in flumina. Sed flumina

in freta distruxerunt. Lacus autem stat in loco nec fluit ut lacus ut lacus asfalti benacus et larius et quidam alii. Siguntur lacus asfalti ipse est mare mortuum sic vocatum quia nichil gignit vivum nec pisces habet nec aves. Et si que viventia immerguntur statim resiliunt. Sed neque ventis movetur resistentibus turbinibus bituminis quo aqua omnis stagnatur neque navigationis patiens est quia omnia vita carentia in profundum merguntur nec materiam villam sustinet nisi que bitumine illustrant. Et lucernam accensam ferunt supernatare extinctam vero demergi. Hoc mare salinarum dicitur sive lacus asfalti id est bituminis et est in iudea inter Ierico et Zoaram que est Zegor. Longitudo eius usque ad zoares arabie dirigitur stadiis 18. Latitudo vero stadiis 140 usque ad vicinia sodomorum. Secundum autem Iosephum habet 486 stadia id est septuaginta milia et stadia quinque in latitudine. Et secundum sarracenos dicte quinque iudee usque ad mare rubrum quinque cum quo putant continuare mare mortuum per aquas marath de quibus in exodo legitur. Fluvius ac apparens est in deserto pharan. Amon vero extenditur super mare mortuum ad tres dietas in confinio ubi habitant hysmael et coniungitur deserto pharan. Huius a latere desertum synay et mare rubrum et inter cadesbarnis est. Sciendum autem est quod ab ortu iordanis sub libano usque ad desertum pharan utraque parte fluminis sunt campi lati et ameni sed circundati altissimis montibus. Fluit autem iordanis usque ad mare mortuum. Et dicunt quidam
aque aquas iordanis aquis huius maris non misceri sed potius a terra absorberi. Sed Sarraceni dicunt quod vere ingreditur et exit et mare ipsum crescit et decrescit secundum habundanciam et resolucionis nivium et pluviarum et siccitates. De hoc autem mari et de condicionibus locorum ibi subiacencium multi multa scribunt sicut Plinius, Solinus, Hieronimus super Ieremiam et Isidorus. Tamen Egesippus libro quarto historie subversionis Iherusalem plenius scribit quam alii et multi recitant verba eius que recitant et sub eius sententia comprehenduntur. Et inter alia de illa regione sodomorum que quam aliquam partem inhabitavit hic pertransimus recitemus ea que ipse de subversis civitatibus narrat. Quatuor urbes inveniente sunt quarum umbra quedam et species in favilla videtur ardere. Terre ardent et aque in quibus celestis ignis reliquie adhuc manent asspicienti ibi ad speciem

poma cocrencia formatos racemos vt
edendi gignat spectantibus cupiditatem
Si carpis fatiscunt et resoluuntur in cinerem
fumumque quasi adhuc ardeant

Est lacus tiberiadis ab oppido
tiberiade vocatus quod quon
dam herodes in honore ti
berij cesaris condidit Est autem
in iudea omnibus lacubus salubrior
et ad sanitatem corporis quantolibet efficacior
Circuit autem stadia decem hinc conti
nuatur Genezar lacus amplissimus
in longitudine centum quadraginta ex
tenditur stadijs In latitudine quadra
ginta diffunditur crispantibus aquis
auram non ventis sed de se ipso auram sibi crea
ans vnde genezar greco vocabulo dicitur
quasi generans sibi auram Denique per diffu
sioris spacia lacus frequentibus agitatur
auris spirantibus vnde et purior eius
haustus et ad potandum dulcis et abilis
Ex his patet quod hos lacus distinguit ysi
dorus et quantitate et naturali proprietate quamuis
quedam glosa super Matheum dicat idem esse
stagnum genezar et mare tiberiadis
Sed hic non est vnum simpliciter sed vul
gari rumore dicitur vnum et idem esse
propter vicinitatem eorum quia contigua sunt
eos tamen esse diuersos eciam iohannes
ostendit Venacus lacus ytalie in vene
cia de quo flumen nascitur mincius qui
lacus magnitudine sui tempestates
imitatur marinas Lucrinus et auer
nus lacus campanie sunt lucrinus autem
dicitur quia olim propter piscium copiam lucrum
magna prestabat Auernus autem lacus vocatur
quia aues ibi superuolare non possunt Nam
antea siluarum densitate sic ambiebatur
vt exularent inde aque sulfureus odor
congressimus superuolantes aues afflatu suo
necaret Quam rem augustus cesar intel
ligens deiectis siluis ex pestilentibus
amena reddidit loca Cum lacus et stag
na describit ysidorus nullam facit de ma
ri caspio mencionem licet tamen a quibusdam
asseratur esse lacus aque dulcis tocius
orbis maximus Caspium autem esse duplex
mare legimus vnum in mediterraneis
nulli coniunctus mari Aliud vero ab oc
ceano procedens scitico et in scitas hir
canas descendens Et hic vt quidam
arbitrantur negligencia ex vno duo facta
sunt Nam medium quod scitica pagina et
regna. dicitur caspium mare inter hircanos

caspios et montes immensum occupare spa
cium nec ullum habere exitum aut introitum
sed ex maximis que in eum fluunt flumi
bus factum et in modum lacus reductum
cuius littora caspij incolunt et hircani a
quibus varijs in locis nomen sortitur
duplex vt in vno caspium in alio vero lo
co hircanum mare denominatur Veteres autem
dicunt hoc mare caspium ex occeano maxi
fluminis angusto ore terras intrare et vbi
longe recto diu se tulit amplissimum
occupat locum sede inde in terras pre gran
des sinus diffundens quorum vnus qui in inti
tu oppositus est hircanum mare vocari di
citur Quem autem ad dextram sciticum quem vero
ad sinistram caspium proprie autem semper asserunt
et importunum mare et vndique terminibus
et procellis expositum Dicentes insuper mul
tos et pergrandes amnes in prefatos sinus
effundi et aliquatenus eos gentes varias ha
bitare Que autem istarum opinionum vera sit non
est meum diffinire cum ab antiquis fidem acco
nec non audeam et modernis de visu testantibus
negare non possumus Circa vero hoc mare
inter montes caspios gentes gog et magog
inclusi sunt Hic vero lacus maximus est ha
bens in circuitu portus et littora et nauigia
vehit ingencia paciens insuper tempestates
et maris accidencia reliqua propter quod et ob
eius magnitudinem mare dicitur Arethusa
est armenie maioris lacus est relatu dignus
de quo tamen nichil loquitur ysidorus Est
in eo autem impetuoso impetu tigeris fluuius
intrans non alit quam si contineatur a ripis sen
ripis nulla in parte miscetur lacui sed seruato
alueo in partem oppositam semper quicquid ingerit
secum trahens et vt aquarum testatur dissimili
tudo etiam lacus versa vice secundum flumen adeo
libere ire permittit vt nichil eius de suo mis
ceatur quod quidem patet in piscibus quia vnum
tantum genus lacus alit etiam plurima tigeris
ex quibus transcurrente flumine captus est nec
econtra sed ad ea que de alijs locis dicit ysidorus
supra tantum et redire phas non est

Quidam fluminum proprijs ex causis
propria nomina nomina acceperunt
Ex quibus nonnulli notandi sunt
in historijs celebres nominantur
et de quibus supra in descripcione terrarum sepe mencio
habita est Geon est autem Quem sicut in libro
Genesis habetur fons est in paradiso ortum de
licarum irrigans et in quatuor flumina diuisus
est autem paradisus secundum ysidorum Iohannem damasce
num Bedam strabum et magnum historiarum

Locus amenissimus in partibus orientis longo terre et maris tractu a nostro habitabili segregatus adeo altus ut usque ad lunarem globum attingit ubi aque diluuii non peruenerunt Non tamen est intelligendum quod secundum veritatem attingat circulum lune sed loquendo yperbolice eius altitudo respectu terre inferioris incomparabilis estimatur quod attingat usque ad aerem turbulentum ubi finis est et terminus exalacionum et vaporum humidorum quorum fluxus et processus lunari corpori appropriatur sicut exponit Alexander De illo itaque monte altissimo cadentes aque maximum faciunt lacum et in quo casu tantum faciunt strepitum quod omnes ibi incole nascuntur surdi quorum ex immoderato fragore auditus in paruulis corrumpitur sicut Basilius testatur Ex illo autem lacu quasi ex uno fonte quatuor illa flumina paradisi Physon et Ganges Gyon qui et Nilus Tigris quod et eufrates procedere creduntur licet eorum ortus varijs in locis manifestari appareat Gyon ergo flumen de paradiso exiens atque Numidiam ethiopiam cingens vocatus est hoc nomine quia incremento exundacionis terram egipti irriget Ge enim greece terram latine sonat hic apud egiptios Nilus vocatur propter limum quem trahit qui efficit fecunditatem terre Nam antea melo dicebatur Apparet autem in eo lacus de quo in medium usque exspuitur egipto ubi aquilonis flatibus repercussus aquis recto luctantibus tumescit et inundacionem egipti facit De ortu vero huius fluvii de paradiso scriptura testatur que hunc inter quatuor paradisi flumina commemorat Sed ubi in nostram habitacionem erumpat a diuersis diuersimode extimatur Plinius enim dicit Nilum oriri in partibus occidentis iuxta montem athlantem non procul a mari Sed verisimilius est quod in littore incipiens maris rubri in ethiopia oritur sicut affirmat Orosius libro de ormesta mundi ad Augustinum Cui Seneca in libro naturalium fere concordat et ad hoc facit quod paradisus est in oriente sed verisimile est et verisimilius quod Nilus erumpat in oriente melius quam in occidente est autem fluvius Affricanus que libia egipto dicitur ad immensum lacus quo sunt sed dicit Orosius hic est unus et idem fluvius affricus et Nilus licet consimiles pisces et monstra conformia ut cocodrillos emittat Dictus autem lacus Affricanus quo absorbetur

iste fluuius afferice paruum distat a Nilo secundum Orosium et occulto meatu in alueum Nili pertransfundi scilicet alibi simile videtur Decursus vero Nili a sua origine per ethiopiam et egiptum traditur a plinio et alijs licet multum discordat Sed tamen sic ait Orosius fluit ab origine sua diu ad occasum plus et transit medium ethiopie frequens multas insulas quarum omnium nobilissima est meroe que et sabba dicitur Deinde flexus ad septentrionem inter meroen et siene et opprimit plurimos montes inter iscisas[?] inter occurrentes scopulos catharactas operit ut non fluere videatur sed ruere ubi nimis fragore auditum incolis tollit propter quod ad loca quietiora se transtulerunt ut dicit Seneca libro octauo naturalium Et hic locus est iuxta sienem secundum hieronimum super Ezechielem Postea vero egiptum transvehit et in plura hostia diuisus de quibus supra dictum est tandem mare subintrat Nili vero questus est secundum Plinium et ceteros quod inundat certis temporibus et plana egipti irrigat Et secundum eius aggressionem in altitudine sentit egipciaca fertilitas uel negatur Nam si fines eius naturales excedat excedines[?] plurimum per duodecim cubitos tunc egipcius famem sentit in 13 vero esurit 14 cubitus ylaritatem afferunt 15 securitatem 16 delicias Si plus tamen temperate effluat abusum deliciarum exstat indigenas Sed si recesserit super debitum nocet ut dicit Seneca Incipit autem esse ut dicunt luna existente nova quacunque post solsticium paulatim tamen ac modice sole cancrum transeunte abundantissime vero in leone et residet in virgine et hisdem quibus crevit modis revocatur infra ripas dum sol est in libra a principio fluxus Causa vero huius inundacionis et incrementi valde est difficilis mirabilis est eo quod sit in fervore estatis quando aque plus assumuntur quam alijs temporibus insuper quia nullus alius fluvius sic inundat secundum Arestotelem in tractatu de Nilo sed a me arestotelis exceptum est quod Eufrates secundum plinium et secundum aliquos possibile addere fluvium sed hetilum qui maior est Eufrate faciens mare caspium sic testantur qui apud tartaros fuerunt Huius tamen circa causas huius inundacionis varie opiniones sic Taletis qui fuit unus de septem sapientibus famosis Anaxagore quam et Arestotelis ac Senece pluriumque philosophorum quas et eorum raciones plene discutere non est presentis speculacionis

[N]atra teste scriptura quatuor sunt flu[vii]
paradisi de quorum primo iam dixi
mus Ganges vero secundus est
quem phison scriptura nominat Dictus
autem phison .i. caterva quia multis fluminibus
magnis sibi admictis impletur et efficitur
vomis et vltimo pluribus ostiis occeanum
ingreditur Ganges autem vocatus a Rege Gan
garo Indie Qui exiens de paradiso pergit
ad Indie Regiones fertur autem Nili modo
exaltari et super terras erumpere hunc secundum
Solinum quidam ex fontibus incertis conten
dunt / alii volunt a scitticis montibus exoriri
Cuius minima latitudo per 8000 passuum maxima
per 20000 patet Altitudo vero vbi vadosissimus
est mensuram 100 devorat Gangarides
autem ibi sunt Indie populi quorum rex elephan
tes multos equitumque ac peditum multa mi
lia in apparatu belli habet Non sine magno
elephantum numero vt solinus narrat Tigris
fluuius mesopotamie de paradiso exiens
et oriens atque pergens contra Assirios et post
multos circuitus in mare rubrum influens
vocatus autem est hoc nomine quia instar bestie
nimia velocitate percurrit Eufrates etiam
fluuius est mesopotamie de paradiso exori
ens copiosissimus gemmis qui per mediam
Babiloniam influit hic ad frugibus vel
vbertate nomen accepit Nam ebraice eu
frata fertilitas interpretatur Ipse vero mesope
tamiam in quibusdam locis irrigat sicut [ita]
nilus alexandriam Salustius autem auc
tor certissimus asserit tigrim et eufratem vno
fonte emanare in armenia qui per diversa
euntes longius dividuntur spatio medio
relicto multorum miliarium terra tamen que ab
ipsis ambitur mesopotamia dicitur Ex quo
hieronymus animadvertit aliter de paradisi fluminibus
intelligendum Sciendum enim est eos
inde a terra absorptos postea variis in lo
cis sic erumpere autem terra que his duobus
fluuiis ambitur mesopotamia dicitur a me
son quod est medium et potamus fluuius quasi inter
duos fluuios constituta Et est prima et princi
palis Regio sirie Et secundum plinium et hiero
nimum eadem fuit Regio mesopotamia et siria
vel assiria Cuius longitudo est circiter 800
miliaria Latitudo vero 300 secundum plinium In
hac autem fuit Niniue et Babilon et tota
terra caldeorum et Babel turris et selencia
et Aran civitas que distat per duas dietas
ab eufrate A qua vsque Baldac versus meri
diem sunt circiter 26 diete que est civitas
regia in qua caliph saracenice secte se
dem sue dignitatis constituit // dns

[I]ndus fluuius est Indie qui in rubro
mari accipitur hic pluribus
et maximis fluminibus susceptis
quasdam insulas deinde in duobus divisus
alueis inter se longe distantibus ab occea
no recipitur qui Indiam secat et provincia
India a flumino nuncupatur Ydaspis fluvius
orientis est cui ydaspis rex medorum anti
quissimus nomen dedit de quo lucanus
vastis Indus aquis mixtum non sentit
ydaspen hic autem sicut fluuius persarum dicatur
tamen contra oriente decurrere hic arenas
aureas et gemmas habet et clearas facit insu
las facit fuit Postremo quatuor susceptis
fluminibus infertur Indo Araxim flu
uius orientis currens per persiam et assiriam
de quo Virgilius ait autem Araxim pontis
libet Bactrus orientis fluuius a Rege bac
tro vocatus fertur A quo et bactriani et
vrbs eorum Coaspin persidum fluuius eorum lingua
sic vocatus quia miram aque dulcedinem
habet adeo vt persia Reges quamdiu intra ripas
sunt persidis sibi ex ea pocula vendicaret
hic ex media in tigrim defertur apud
persas ex hoc amne quidam tigrim
scithie fluuium diei mari existimant A
Araxis amnis armenie qui ab eodem
monte cum Eufrate diversa specie oritur
dictus quia rapacitate eius ita praeter
mittuntur vt cum Alexander eum transcedi vo
luisset ponte fabricato tanta vi inun
dauit vt pontem diruerit hic breui
bus intervallis ab Eufratis ortu caput
tollit ac deinde caspium fertur in mare
Orontes fluuius sirie iuxta Anthiochie mu
ros decurrit qui a solis ortu oriens
non longe ab vrbe mari conditur que
de origine terri sue tractu oriente ve
teres latini appellauerunt Cuius fluentis
ex ipso impetu frigidioribus et zephiris
assidue ibi spirantibus civitas mome
tis ipse omnibus refrigeratur Postea e
Iordanis de quo specialiter dicetur Crisos cau
tastis montibus fusus cum pluribus
aliis in eusinum se precipitat mare
vnde et nuncupatur Tigrinus amnis scit
hie ex tauro monte progrediens miram
aquarum habet suam terram Et quia quicquid can
didum est tigrim sici vocant Inde hinc
flumino datum est nomen quia autum
no et estate quando niues solvuntur tumescat
Reliquis autem temporibus tenuis est et quie
tus flat fluuius est Asie Pactulus etiam
fluuius est lidie qui aureas arenas
trahit de quo virgilius Pactulus quem
ricuat auro Idaspis alii Ipsorum tiburum ...

Caicus fluvius Asie secundum quosdam Lidie. Alii
dicunt in Frigia natum qui Smirneos
secat campos similiter ancereis arenis ple-
nus a quo Smirnea vocata est. Meander
amnis Asie flexuosus qui retrocurrentibus
rivis inter Asiam et Ioniam precipitatur
in sinum qui Miletum dividit et Ioniam.
Sic dictus quia nunquam erat rectus. Unde
Ovidius: Curvus Lidie Meander in undis.
Est autem quidam famosus fluvius a quo Sex-
tum clima dia Boristenes nuncupatum
arbitror de quo cum ab Ysidoro nichil
scriptum sit. Alibi tamen ibi legimus Boris-
tenes fluvius est Scitharum nomen inco-
lis sibi adiacentibus atque latum tribuens
Et cum ceteri Scitarum fluvii turbidi fluant
hic solus clarus atque potabilis labitur
pabula leta habens pisces optimi sapo-
ris quibus nulla sunt ossa ex longinquo
pluvium effluit ex incognito fonte per spa-
cium 40 itineris 40 dierum stringitur alveo
et tanto est navigabilis aptus spatio et inter
Boristendam grecum opidulum transit. Sta-
nus Athne fluvius est ex grandi palude
procedens quam incole matrem suorum flu-
minum vocant. Qui diu qualis nascitur
effluit tandem illi miscetur fons primus
qui eum adeo reddit amarum ut vix ale
videatur. Hic ab Alexandro insignis est
a quo in eius ripis arce posite testantur
Ibi animalia quedam paulo muscis maio-
ra quatuor pedes et alas habentia quorum
vita una tantum die terminatur.

Iordanus Iudee fluvius a duo-
bus fontibus nominatur quorum
unus vocatur Ior, alter Dan
hiis procul a se distantibus
in unum alveum federatis Iordanus deinceps
appellatur. Nascitur autem sub Libano monte
et dividit Iudeam et Arabiam qui per
multos circuitus iuxta Iericho in mare
mortuum influit sicut supra dictum est. De eius
autem nomine et manifesto concordat Iero-
nimus. Egesippus in libro tercio per experientiam
procedens probat quod ibi non sit primus ortus
immo a Phiala fonte qui est ex altera parte
Iordanis in Traconitide regione distans
ab urbe Cesarea 120 intiacentibus stadiis
a quo fonte labitur subterraneis meati-
bus et in Cesarea non latenter per terre
meatum sed visibiliter a parte fluvii per terras
se profunde incipiens se in totum cum lacum
paludes quoque eius miscetur inde quoque cursus suos
dirigens 124 stadiis progreditur usque ad ur-
bem cui Iul nomen est. Postea lacum qui
Genezar dicitur in medio transit fluentis.

Omnibus ex locis plurima evagatus
deserta Alsaico suscipitur lacu id est mari
mortuo atque in eum conducitur. Itaque duos
lacus victor egressus terra heret. Circa
vero hunc fluvium multe sunt civitates opida
et loca notanda. Ibi Iericho ibi civitas sa-
cerdotalis insignis ortu Ieremie prophete que
vocatur Anathotus tribus miliaribus a Ier-
usalem. Ibi Samaria civitas metropolis
famosa decem tribuum que nunc Sabaste dicitur
Ibi quoque mons Carmelus oleis consitus
et arbustis ac vineis. Post sequitur cam-
pus magnus Esdrelon et campus Ma-
gedo. Deinde ad septemtrionem istius campi
Acon versus orientem ab ea septem leucis
distans est Nazareth. Deinde ulterius per duas
leucas ad orientem est mons Thabor. Post-
ea ad orientem Tiberias civitas iuxta mare
Tiberiadis qui lacus dicitur Cenereth quod
antiquitus nomen erat dicte civitatis. Deinde
versus septemtrionem deserto intiacente ubi
Christus ex modicis panibus et piscibus mul-
tos pavit est Betsaida civitas principis
apostolorum. Deinde Capharnaum et post Iu-
lias opidum. Deinde Cesarea Philippi
ad radices montis Libani. Amplius
ab Acon in oriente versus septemtrionem
magis quam Nazareth est Chana Galilee
distans ab Acon per quinque leucas et inter Cha-
na et Nazareth sunt due leuce. Deinde
ab Acon in oriente septemtrionale per 9 leu-
cas est Zaphet civitas Tobie. Ultra Cha-
na per quinque leucas post leucam cum dimidia
civitas Cerozaphim inter quam et Tiberia-
dem sunt leuce circa due. Et in hiis locis
Christus multum conversatus est. Mons vero Li-
bani extendit se a Cesarea ex regione Tiri
et Sidonis et Baruth et Tripolis per 1040
stadia sicut dicit Plinius. Et contra Tirum descendit
aqua de Libano sub terra et currit prope Tirum
ad unam leucam et ibi erumpit puteus
altissimus qui in canticis dicitur puteus aquarum
viventium. Et contra Tripolim fons ortorum
iuxta colles Libani distans a Tripoli per tres
leucas. Sidon autem distat a collibus Liba-
ni per tres et a monte magno per quinque leu-
cas.

Et hucusque hec de fluminibus
Asie. Iam de aliis prosequamur.
Thanays fluvius est cui tamquam
rex Scitharum primus nomen dedit qui
ex Ripheis montibus veniens dirimit
Europam ab Asia inter duas mundi partes
medius currens atque in Pontum fluens. Hic
Meotidas paludes transiens adeo ampliat
ut a quibusdam mare putetur. Iuxta hunc
Athare amnis agricolas irrigans.

campos. que rex Inachus a se nominat
qui exordium argmenti dedit primo Ibi
etiam Erimatus flumius ab Erimanto mo
te dimissus. Padus ytalie flumius a iuge
alpium fusus ex tribus fontibus oritur
ex quibus vni nomen est padus qui dif
fusus in modum stagni amnem in sinu
dirigit a quo et padus incipit hic
a grecis Eridanus dictus est ab Erida
no solis filio quem fetontem dicunt qui
fulminis ictu percussus in eo flumio deiec
tus est et extinctus augetur ad ex ortu
canis liquescentibus niuibus et cum acces
sione 30 fluminum circa Rauenam in adri
aticum mare differtur Tiberis ytalie
flumius a tiberio Rege Albanorum dicitur
appellatus qui in hunc fluuium cecidit et
de exitu suo nomen dedit Nam antea
Albula nomen antiquum habuit quia
niuibus albus fuit Ipse autem est Tibris
qui et tiberis dicitur in quottidiano ser
mone Tibris in versu nascitur ex monte
apennino cadit in tirenum mare iuxta mare
Danubius germanie flumius vocari fertur
amnium copia quibus augetur magnus Iste
est qui in Europa plus omnibus habet famam
Idem et Ister qua per innumeras vadit
gentes mutat nomen et maiores sibi a
biendo colligit vires Oritur a germanie
iugis et occidentalibus partibus Barbarorum
pergens contra orientem sexaginta flumios
in se recipit septem ostijs in pontum
fluit Rodanus Gallie flumius ab oppi
do Rodo cognominatus est quod coloni rodi
ton vocauerunt Nam rapidus constitus
cursu tirrenum equoris freta studens no
modicum nauigantibus facit periculum
dum inter se maris fluctus et amnis flu
enta decertant hic in alpibus non
longe a fontibus Danubij atque Reni
et concitato cursu descendens per losa
ne lacum effertur Et quibusdam velocio
ribus fluuijs susceptis in tirenum mare
impetuosissime diffunditur Renus a
Rodani societate fertur esse vocatus
qui cum eo ex vna prouincia oritur
est autem germanie flumius inter tres Eu
rope maximos flumios computatus
qui a iugo alpium vsque in oceanum profun
da cursus suos dirigit Romanum memoran
dus aduersus feras gentes finium imperij murus
Iberus amnis est qui quondam toti his
panie nomen dedit Nam Iberia voca
ta est Minius flumius gallicie nomen
a colore pigmenti suscepit quod in eo
plurimum inuenitur Durius hispanie vel

tore flumius a gentibus qui dorici nominatus e
Tagum flumium cartago hispanie nun
cupauit ex qua ortus procedit flumius
auriferis arenis copiosus et ob hoc
ceteris flumijs hispaniarum platus hic at
ut dicit Isidorus non de illa que nunc
dicitur hispania sed de illa olim sic voca
ta que nunc pars est Affrice Bethis
flumius est qui Bethice prouincie nome
dedit de quo Marcialis Bethis o
liuifera crinem redimite corona aurea qui
nitidis vellera tingis aquis eo quod lane
pulcro colore tinguntur Bethis autem
dictus eo quod humili solo decurrat Bethin
enim grece humile ut nostrum vocant
hic per mediam fere hispaniam decur
rit postea mari propinquus ingentem
lacum facit Sunt adhuc plura alia nota
bilia flumina de quorum aliquibus
supra meminimus Sed de his que Isidorus
scribit ista sufficiant

Verumptamen de aquis dictum est
nunc de ventis qui ex aquis
gignuntur dicendum est
ex eo maxime quia his
qui in aquis et precipue in mari de
gunt ventorum cognicio vtilis est Nam
secundum Vegecium libro vltimo de re militari
Difficile naufragium qui ventorum ra
cionem diligenter inspexit Ventus autem e
aer commotus et agitatus vel proprie lo
quendo est exalacio aerem mouens et
per diuersas partibus celi nomina diuersa sortitur
Dictus autem ventus quia sit vales
vehemens et violentus Sunt vero quatuor
venti principales quorum primus ab orien
te subsolanus A meridie Auster Ab
occidente ffauonius A septentrione eiusdem
nominis ventus aspirat hij autem geminos
habent collaterales ventos Subsola
nus a latere dextro vulturnum habet a sinis
tro eurum Auster vero a dextris
Euroaustrum A sinistris austroafricum
ffauonius a parte dextra affricum a le
ua chorum Septemtrionalis a dextris
Circium a sinistris habet aquilonem
hos 12 ventos Aristoteles libro methe[o]rorum
grecis vocat nominibus vegecius autem
eciam nominat ac latinis vocabulis sed Isidorus
prius nomina latinorum ac eorum veras
causas raciones prosequitur Subsolanus
igitur vocatus est eo quod sub ortu solis
nascitur Eurus ex eo quod ab Eoo flat
id est ab oriente Est enim coniunctus Subsola
no Vulturnus quia alte tonat de quo

uitreatus altitonans vulturnus et auster flu
mine pollens. Hauster ab hauriendo aquas
vocatus est unde et crassum aerem facit et nubi
la gignit hic grece nothus appellatur quia
madidum corrumpit aerem unde pestilencia
que ex corrupto aere nascitur auster flans
in reliquas regiones transmittit sed sicut auster
pestilenciam gignit sic aquilo repellit
Euro auster dictus est quia ex una
parte habet eurum ex alia austrum. Austro af
fricus quia iuncti sunt hinc et inde au
stro et affrico ipse libonothus quia sit
et libs hinc et inde notus Ffavonius dicitur
quia foveat que nascuntur qui greco
nomine zephirus dicitur quia flores et
germina eius flatu vivescunt Austro
autem flores soluuntur Affricus a propria
regione vocatur quia inde initium flan
di sumit Chorus est qui ab occidente
estivo flat sic vocatus quia ipse ventorum
circulum claudit et quasi chorum facit
Septemtrio dictus quia a circulo septem stellarum
surgit que septemtriones vocantur Cir
tius dictus eo quod choro sit iunctus hunc
hispani gallicum vocant quia eis a
parte Gallie flat Aquilo dictus quia
aquas stringit (i. extinguat) et nubes dissipat est enim
gelidus ventus et siccus idem et boreas
vocatus qui ab yperboreis montibus flat
et ideo frigidus est Ex omnibus hiis ventis
duo cardinales sunt qui a cardinibus
procedunt scilicet septemtrio et auster. et omnium
septemtrionalium ventorum natura frigida
et sicca est. Australium vero calida et humida
Ethesie vero (venti sunt) de quibus mencio superius
habita est quia certo anni tempore flatus agere
incipiunt hee autem cursum rectum a
Borea in egiptum ferunt quibus auster
contrarius est Sunt autem et alia nomina
ventorum Aura enim lenis motus aeris
dicitur quasi aerea Agitatus enim aer ceterum
facit auram Altanus autem in pelago
est per diminucionem ab alto id est a mari sic vo
catus Turbo vero est volubilitas ventorum
dictus a terra quando ventus terram in circu
itu mittit hoc autem quoque fit ex concursu
ventorum et maxime contrariorum Et ideo
fiunt tempestates verno tempore et autumnali
magis fiunt quam nec plena estas nec ple
na hyemps quia ex confluxu aerum effi
ciuntur tempestates Sic etiam ut Vege
tius superdicit venti sepe singuli interdum duo
in magnis autem tempestatibus tres flare
solent seu consueverunt Unde horum
impetu maria fremunt Ideo docet quibus
mensibus tucius sit navigandum tem

Debent tamen / Isidorus alia / cetera ab hiis / et nomina / ventorum i. / cetera in / pre dictis / ut pro ethe / sias

Turbo / est ven / torum cir / culucio p / ricolosa per / pe frangens / et fractura / rebus infe(re)ns

pestatum signa sunt similia sed horum
prosecucionem relinquere et in hiis finem fa
cere operis huius brevitas a principio pro
missa compellit
Et hec de ymaginaria descripcione
mundi machine breviter dicta
sufficiant que non solum
ex mira suarum parcium magnitudine sed
etiam ex multiplici earum varietate variaque
pulcritudine mirabilibus auctorem
rectorem quorum suum mirabiliorem esse declarant
ut sic iuxta dictum Apostoli invisibilia
dei per visibilia mundi que ab ipso fac
ta sunt intellecta conspiciantur Et ex
admiracione creaturarum in creatoris admira
torem spiritusque contemplacionem ducant Cui
sit honor et gloria in secula seculorum Amen

Explicit ymago mundi a domino Petro
De Alliaco Episcopo Cameracensi
ex pluribus auctoribus recollecta Anno
Domini 1410 12 Augusti



Sequuntur figure ad hc opus pertinentes

Figure sequentes ad declaracoz et intelligenciam ymaginis mundi ptinent que licz in plano scripte sunt melius tamen describentur in sperico vnde scdm figuras pfecte spericas seu rotundas ymaginari conuenit

Hec aut prima figura ad pmu capitulum spectat in qua solum spere nouem celestes describuntur scdm opinionem Astrologorum Nam Arestto Arestotiles solum octo posuit



Hec figura servit primis capitulis specialiter
in ea tamen non describuntur orizon meridianus
et coluri sed alia sequens figura supplet

Polus articus
septemtrionalis

Circulus articus

Tropicus Cancri

Cancer

Zodiacus

Aries

Linea ecliptica

Capricornus


Tropicus Capricorni

Circulus Antarticus


Polus antarticus
vel australis

Hec figura est pro Nono capitulo in diuisione terre per climata et similiter vacat

Hec figura seruit sexto capitulo in quo diuiditur terra proportionaliter ad celum et eius zonas et in ea debent ymaginari linee tales



Hec figura est pro nono capitulo in diuisione terre per climata et similiter quatuor capitulis sequentibus



Hec signa serviunt quartodecimo capitulo et pluribus alys pro divisioy terre in tres ptes et pro distinctioy maris 7 pro ventis similit

Oriens

Subsolanus

India

Indie vero tractus partem terre habitabilis continet versus meridiem se extendens

Euroaster

Aquilo vel boreas

Septentrio vel aparctias

Regio inhabitabilis propter algorem

Asia

Mare rubrum cuius longitudo viii sex mensibus pertransitur :

Auster ventus

Regio inhabitabilis propter calorem

Libya

Austroaffricus

Europa

Affricam dividit mare mediterraneum europa et

Circius

Oceanus hic incipit


Hispania

Zephirus vel favonius


Mare :

Mare mediterraneum exit ab occea
no per strictum meatum circa
hispaniam prope gades herculis
Mare vero rubrum exit ab
occeano circa medium orientis et meridiei
a cuius littore vix in anno tamen indie oc
ceanum navigacionem attingitur Cuius occeani
inter orientales et occidentales gades her(cu)
lis angustior latitudo quod vulgus philosophorum
credat esse perhibetur Circa figuram terre
considerandum est quod secundum astrologos quarta
pars terre quam inhabitamus dividitur ut
figuratum est in septem climata quia in
eis est habitacio magis nota magistris con
veniens tamen auctoritate et experiencia multi
plici probatum est quod non solum septem
climata habitantur sed multo plus quam quarta
pars terre homines continet naciones et ante et
post climata multe sunt habitabiles na
ciones regiones quarum alique hic signa
te sunt et aliquae non quia nec omnes
a doctoribus sunt descripte Loca vero a quibus
denominantur climata et quedam alie
famose civitates hic in suis climatibus de
signantur Alia autem non secundum precisam per spaciorum
incertitudinem sed secundum propinquam estimacionem
descripta sunt De locis vero extra climata habita
bilibus sciendum Quod post climata versus septentrionem
latitudo habitabilis est usque 66 gradus
equinoxiali et secundum plinium multo plus
Nam ostendit quod usque ad illum locum habi
tatur ubi extremi cardines mundi sunt et
ubi est dies per sex menses et nox per tan
tum Et ibi est gens beatissima que non
moritur nisi sacietate vite ad quam cum
venerit precipitat se alto saxo in mare et vo
cantur hyperborei de Europa et Arumphei
de Asia Ante climata eciam versus meridiem
habitacio est magna Nam secundum albategni
usque ad equinoxialem habitatur Et secundum
Astrologos Arim civitas est sub equinoxi
ali eque distans ab oriente et occidente
septemtrione et meridiei Et secundum hali ultra
equinoxialem per 24 gradus civitates due sunt
Et quod plus secundum plinium invenitur habitacio
sub tropico capricorni vel ultra Nam in
sula pathalis indie est huius portum ce
leberrimus ubi solum in meridie cadunt ideo
habitatores omnes semper habent solem ad aqui
lonem Et idem refert de insula taprobana
na Et eciam ptholomeus dicit Quod necesse
igitur quod sint duo genera ethiopum sub
duobus tropicis Versus autem oriens ha
bitacio protenditur longe Nam secundum cosmo
graphos oportet concludere quod a fine occiden
tis usque ad finem indie est multo plus
quam medietas terre Unde secundum plinium india

est tercia pars habitabilis Cuius latus
orientale a quibusdam fertur usque prope
finem affrice protendi et ideo asserunt in
ter orientales et occidentales gades herculis
angustiorem latitudinem occeani esse
quam vulgus philosophorum credat Ad hec auctori
tates Amplius inducentes in locis autem extremis
versus septemtrionem et meridiem male ha
bitabilibus propter frigus aut caloris excessum
adhuc habitare credunt quedam
monstra sive homines sive ventorum de quibus
plura refert ysidorus et ptholomeus
dicit quod ibi sunt homines silvestres comeden
tes humanas carnes et facies horribiles
habentes et terribiles Et causam assignat
hali propter distemperanciam illarum regionum
Et allegat hermetem Quod ibi habitant
mali spiritus et bestie maligne nocentes
hominibus Et Augustinus testatur quod ibi sunt
gentes tam monstruose figure quod vix
possunt discerni si sunt homines vel bestie
Et quod plus est quarta pars terre ymo me
dietas huic opposita considerando Nam
naturalis philosophie videtur esse habitabilis sicut
nostra et quod non sit cooperta aquis sicut vulgus
extimat Nam illa pars sub pedibus
nostris quantum ad venecionem solis et polorum
est consimilis disposicionis sicut ista et
similiter quarta ultra equinoxialem ultra
consimilis huic quarte et ideo racionaliter
debet esse occeano mari discooperta terra
similiter habitabilis licet quantum in eis
habitetur non invenitur ab auctoribus
certificatum



Hec figura seruit quarto capitulo in qua circulus principalis representat orbem lune infra quem sunt quatuor elementa et omnia generabilia et corruptibilia



Pro Reverendissimo patre domino Sbigneo Dei gratia Episcopo Cracoviensi hee figure facte sunt per Mathiam sue paternitatis minimum servitorem 1449

Orbem terrarum maiores
nostri tripharie diuidunt,
Aziam ab ortu solis per
vtrumque occeanum vsque oc
cidentem vsque ad mediterraneum mare me
dietas terre habitabilis continet deduxunt
hinc Europam et Affricam exordien
tes Europam vero inter mare mediterra
neum et occeanum borealem sub oc
casu gaditanis insulis terminat Affricam
autem inter mediterraneum mare et occea
num Australem sub occasu Athlantis
monte concludunt Asie partes genera
les diuisiones quadraginta inueniuntur videlicet
India Parthia Mesopotamia Siria
Penthapolis Mayos Egiptus Socees
Bactria Sithia superior Hircania Al
bania Armenia Iberia
Capadocia Asia minor harum specia les
sub diuisiones sunt Indie partes orie
tales est Ethiopia parthie quatuor
regia Arathusia Assiria Media
Persida vel Persia Mesopotamie tres
Babilonia Caldea Arabia cuius partes
due sunt Nabathea et Sabbea Sirie
tres Comagena Phenicia Palestina
Sed Phenicie predicte sunt partes Tiria
et Sidonia Similiter Palestine pre
dicte quatuor sunt partes Judea Samarea
Galilea Philistina Asie vero minoris
partes sunt nouem Bithinia vel Migdonia
Galathia Frigia Caria Lidia vel
Meonia Pamphilia Ysauria Cilicia
Licia Europe partes generales sunt decem
Scithia inferior Romania Messia
Tracia Grecia Panonia Histria Y
talia Gallia Hyspania Harum subdi
uisiones sunt Scithie tres scilicet Ala
nia Dacia Gothia Germanie due
Alamania et Theutonia Tracie due
Northia et Rethia Grecia dalmati
cia Epirus Ellada vel Dardania Attica
cuius due partes sunt Boetia peloponensis
Deinde Thessalia cuius due partes
Pieria et Archadia Deinde Macedo
nia Achaia Lacedomia huius tres
maritima et montana in medio vero est
Corinthia Italie quatuor Thusciam
Ethruria Apulia et Campania Gal
lia vero tres Belgica Rethia Aquita
nia Hyspanie autem partes sunt Castella A
ragonia Nauarria Gallicia Portu
galia Almaria Granata Tota vero
Europa quatuor habet regna principalia

scilicet Grecorum Ytalicorum seu francorum et
hiberiorum & hispanorum quia philia huius,
parthica regna Affrice regiones scilicet
septem scilicet Libia minor Penthapolis vel
Zeugis Cartago Numedia Getu
lia Mauritania Ethiopia occidentalis
Libie minoris tres sunt partes Cirenensis
Pentapolis minor et tripolis Mauri
tanie due sunt partes scilicet sithiensis
et tingitensis Affrice vero regiones
ab oriente in occidentem porriguntur
sic Ethiopes Nadabores Anadaber
loco nominantur Deinde Garama
tes qui a garamo opido dicuntur De
inde Libia Cirenensis a Cirene ciuitate
dicta Postea tripolitana sic dicta a
tribus ciuitatibus suis Deinde Sithen
sis a Sithi flumine vel a Sithi filio Cham
filij Noe porro zeugis vel Cartaginensis
post quam sequitur Getulia Deinde Nu
midia ab incolis passim vagantibus
sic vocata Postea tingitana a tingi
metropoli dicta Deinde Mauritania
a mauron quod est nigrum Sicut eos
autem a mari mediterraneo exeuntes
vsque ad occeanum Athlanticum in obli
quum ductum porrecte diuidunt Zeu
gim Numidiam et Mauritaniam a
desertis affrice que vltra sunt Explicit
Epilogus super mappa mundi

Contemplacio conditoris in
suis operibus et specialiter
in celestibus corporibus
manifeste refulget et in
eis velud in libro quodam materiali
manibus dei scripto reputata est
Vnde merito dicebat eximius propheta
Celi enarrant gloriam dei et opera manuum
eius annunctiant firmamentum Et ideo
veneranda est Astronomie scientia que
celorum mensuras eorumque motus influen
tias et virtutes considerat ac per hoc ad con
templandam eius gloriosam sapien
ciam et potenciam mentes hominum sur
sum leuat Sed sunt nonnulli superfi
ciales astrologi qui hanc scientiam quantum
in se est infidelem infidelibus con
temptibilem reddunt quia eius limi
tibus non contenti dum astronomice
potestati plus quam eis debitum est att
ribuunt de quorum numero illos maxime
fore existimo qui legem dei astrorum
legibus subiciunt et ab eis depende

contendunt hanc (ideo contra hanc eorum
opinionem occurrendum esse utile indicavi Et
in hoc tractatu brevem eam tamquam superstitionem
vanissimam reprobavi)

Hoc opus decem capitulis distinguitur
Primum capitulum de distinctione legum
et sectarum antiquam opinionem astro-
nomorum recitat Secundum aliam opinio-
nem recitat et aliquomodo concordantem redu-
cit Tertium capitulum pro opinione predicta
persuadet quod lex Christi Mercurio attribu-
enda sit
Quartum eandem opinionem confirmans al-
legat quod Astronomi non solum locum
universalem de legibus sed particulariter de-
clarant tempora earundem et finem aliquarum
Quintum capitulum contra predictas opiniones
quasdam inducit probabiles rationes
Sextum recitat aliqua que predictas
rationes solvere seu aliquomodo enervare videntur
Septimum 28 conclusiones persuadet quid
in hac materia probabilius sit tenendum
declarantes
Octavum occasione materie precedentis querit
de mensuratione celestium motuum et ad unam
partem questionis arguit
Nonum capitulum ad partem contrariam pre-
dicte questionis rationes apparentes indu-
cit quodammodo predictis rationibus responsivas
Decimum ex precedentibus concludit premis-
sam conclusionem ad utrumlibet fore
disputabilem et inde duplicem errorem
quorundam astronomorum refellit

Sicut narrat gallorum doctor
eximius Guilhelmus pa-
riensis libro suo de fide
et legibus Quidam ex his
qui in mundo reputati sapientes diversi-
tates legum attribuere celis et stellis
sicut et alias diversitates et condiciones
hominum Et hii dixerunt quod lex hebreorum
ortum habet a saturno et celo ipsius
et propter hoc celebriorem habent diem saturni
qui est dies sabbati et in ea propter hanc
causam maxime vacare huic legi le-
gende scilicet docende et implende et multi-
plicia infortunia saturni videlicet retro-
gradationes combustiones aliasque eius
stationes lex illa et regimen eius et
regnum eius atque gens ipsius variis
quasi semper cladibus multiplicibus quasi
infortuniis exposita est Quia etiam
ipse saturnus ut aiunt deus est prophe-
cie et revolucionum ideo in lege eius ha-
bundant prophetia et multiplicata est
valde sicut apparet in libris ipsius legis et
in libris prophetarum libris quoque regnorum
Sunt et alia propria ut dicunt saturni scilicet ava-
ricia pertinacia et duricia quibus gens
illa hebreorum nostris temporibus laborasse perhibent Iuxta hunc
modum sentiunt de lege Sarracenorum
et lege eorum Unde etiam credunt et plane
asserunt legem hanc die et hora veneris
promulgatam etiam quod per venerem luxuria
viget et propter hanc causam ut dicunt
et ipsum diem veneris omni septimana ce-
lebriorem habent Quare autem gens illa omni
venerea turpitudine se polluat mani-
festum est quia nec multitudo uxorum ipsorum spur-
ciciam turpitudinem extinguit licet
in ipsa lege eorum indicta sit In hoc quoque
ut aiunt et lex illa et gens eius et regnum
apparet esse veneris De lege vero christiana
que sola est lex veritatis et honestatis
et sanctitatis perfecte dicunt quod ipsa est lex so-
lis et regnum eius regnum solis Et propter
hoc celebriorem habet gens christianorum
diem solis propter hoc etiam qui preest in
spiritualibus in regno isto scilicet Roma-
nus pontifex sedem habet in civitate solis
que etiam habet figuram leonis qui in
celo est domicilium solis Et ipsa civitas est
fundata in ortu sive ascensu leonis Et
propter hoc civitatem solis eam dicunt Et
quia lex ista firmitatem habet testimoniales
a lege hebreorum ideo sedes eius radicalis
et capitalis in ytalia est in medio ipsius
videlicet urbs Romana ytaliam enim dicunt
de regno indus partem esse saturni propter hec
etiam dicunt pontificem romanum uti in
confirmationibus et testificationibus suis
sigillo plumbeo quia plumbum est primum
metallum saturni Sic et ipsa lex etiam post
ut pontifex confirmationibus et testifica-
tionibus utitur legis saturni vestibus vero
rubeis utitur propter participationem solis cum
quo de coloribus color rubeus est secundum eos
Sectarum vero particularium et heresum que
sunt preter istas leges dicunt causas esse
coniunctiones et participationes planetarum
invicem propter quod mutationes legum atque
sectarum novos magnorum que tunc supra dixi-
mus sive minorum Ex his predominare
et precognosci se posse opinantur Et de
hiis in libris iudiciorum astronomie multa

Licet autem prallegatus reverendus doctor
premissam veterem
opinionem multipliciter impug-
naverit ut dicetur infra ...

tame quida doctor anglicus renouae
insus est nec solum manutene sed mag
nificare et adeo psumpsit attolle ut dice
ausus sit Quod peritia mathematica non
solum nali scie sed etiam theologie ab
solute utilis sit Immo aduc utilior p
psectum ad dei ecclesiam et reipublicam fi
delium et conuersationem infidelium et ppt
h aliquos casus qui sunt quasi infiniti
mirabiles et utiles ineffabiles sunt quos
primo loco ponit certificatoz fidei quam tz
ecclesia et hanc fidem confirmari asserit
ex opinione premissa sicut patz ex eius dic
tis que sub tribus articulis hic fideliter re
citabo Primo ergo premittit Quod magnum
solacium fidei nre c hre possumus Postquam
phi qui ducti sunt solo intuitu racionis
nobis consenciunt seu et sectam seu ppheciaz
fidei confirmant et nobiscum concor
dant instabilita huius secte Non quia
querimus racionem ante fidem sed post fidez
ut duplici confirmacione certitudinis laude
mur de nra salute quam indubitant
tenemus Secundo dicit Quod per hanc viam
manifeste non solum certificamur de profes
sione nra sed premunimur contra sectam an
tixpi de qua sunt eciam secta xpi fit consi
dacio in mathematica Tercio asserit quod hec
perscrutacio fit per reuolucionem omni sectarum
principalium a principio mundi que sunt sex
licet possint esse plures Et sunt secta hebre
orum caldeoz egipcioz et agarenoz
seu sarracenoz qui fuerunt ex agar et
hismaele et secta xpi Et postrema sec
ta antixpi Nec mirum si de his locuti
sunt phi qui fuerunt post patriarchas
Quarto narrat sup hec sentencias
mathematicoz in quibus auctores conue
dant dicunt enim Iouem et Venerem esse pla
netas beniuolos et fortunatos Satur
num et Martem maliuolos et infortuna
tos Mercurium vero medio modo se hre ut
sit cum bonis bonus et cum malis ma
lus quia conuertibilis nature est De beni
uolis autem Iouem meliorem esse et maioz
et fortunaz debere in oriente quam Venerem Et
ideo cum due vite sint scilicet presens et futura
et plus valeat futura quam presens sic etiam
quod corporale dicunt Venerem significare sup
fortunas huius vite quantum ad ludos et gau
dia atque leticiam et huiusmodi Et Iouem hre
respectum ad bona alterius vite que maiora
sunt et significat sapienciam et intellectum
et plurimoz sompnioz et diuinum cultum et
legis doctrinaz religionez et ac venacioz

et timorz dei et arracionem motuum multaque
similia que narrat astronomi Quarto
recitato quo ipsi distinguunt totum celum i
duodecim partes quas vocant domos Et
primam dant saturno 2am Ioui etc ultimus sum
bdimuz planetaz Ita quod octaua 8 dat
saturno et 9 Ioui et dicunt concorditer quod
h nona domus religionis et fidei Vnde ptho
lomeus et Albumazar Alkabicius et alij
omnes assignauerunt istis domibus proprietates
suas quod prima est domus vite Secunda
domus substancie et sic de ceteris nx suas
proprietates et disposiciones naturales Ita quod
nona domus ut dicunt est peregrinacionis
et itinerz fidei et deitatis et religionis
et cultus dei et sapiencie libroz et ac eplaz
ac legatorum narracionum et rumoz
atque sompniorum Et ideo merito ut dicunt attribuitur
buitur Ioui qui hz aspectum ad bona al
terius vite quia illis bonis debetur fides
et religio ac cultura dei et consideracio
spiritualis ac libroz et epistolaz multitudo
scilicet ex lege diuina et legatoz i pphetaz
et aplorum ac predicatoz copia narracionum
rumores ydoneos de nobilibus condi
cionibus illius vite et reuelaciones fre
quentas habencium in sompnijs ac extasi
et raptibus de hac vita Sexto applica
do premissa ad propositum inducit opinionez
eorum qui dicunt explorarum coniunctionem
cionum et applicacionem adinuicem quando
fuerint in eodem signo et pariter in eodem
gradu vel minuto illius gradus cum Ioue
posse suam significacionem sup sectis religio
nis et fidei Vnde dicunt quod quia sex sunt
planete quibus coniungitur pt Iupiter iam
fore debent sex secte principales Nam
si coniungantur Iupiter saturno significat li
bros diuinos et de sectis significatis
Iudaicam eo quod est antiquior alijs et prior
alijs sicut Saturnus pater planetaz
est ac remocior et primus in ordine eoz et
ipsam omnes consitentur et ipsa nullam ali
am sicut saturnus omnes planete complec
titur et ipse nulli propter tarditatem sui mo
tus quia cum aliquis est ante eum
ad orientem nunquam ipse saturnus consequitur
aliquem sed interim precedit alius planeta
quod consequitur aliquando saturnum et con
iungetur ei omnes quidem secte appodiant
se ad sectam Iudeoz quia hec fuit prima
et est radix aliaz a qua omnes aliquod
genus testimonij et constitucionis habue
runt immo et ipsa phia accepit ab illa

multa testimonia sicut quidam sapientes
dixerunt Si vero Jupiter coniungatur Marti
tunc dicunt ipsum significare super secta
caldeorum que docet adorare ignem cuius natura
Mars est in naturali positione et affectu Si autem
soli significatur lex egypciaca que colit
miliciam celi cuius princeps est sol Si veneri
significare dicitur de lege sarracenorum
que tota est venerea et voluptuosa quam
licet Machometus in scriptis dederit tamen
per longa ante tempora in usu vite a suis cul
toribus habebatur sed notabatur in libro qui
ascribitur Ovidio de vite sue imitacione
ubi loquitur de secta venerea licet hunc librum
ab Ovidio non fuisse scriptum satis pateat
omni homini sapienter consideranti Si vero
Jupiter coniungatur Mercurio tunc est lex
mercurialis et hanc dicunt esse xpianorum
Si autem lune tunc erit lex lune quam
attribuunt antixpo et de hiis duabus
post dicetur Ex premissis ergo patet quod
licet hec opinio huius doctoris cum pre
missa opinione antiqua et eius radice
in multis conveniat tamen in quibusdam
discordat quia illa solum tres principales
sectas hec vero sex principales asserit illa
insuper legem xpi soli hec autem Jovi et mercurio
ascribit Unde hec diversitas et adversa opinionum
varietas manifestum signum est quod opiniones
huiusmodi et earum radices non ex vera et
solida racione sed ex magis vana et fan
tastica ymaginacione procedunt

Sed tamen doctor iste ad probandum quod lex xpi sit mercuria
lis ut predictum est inducit ali
quas persuasiones que eciam magis videntur
habere vanitatis quam veritatis Nam pro
fundamento supponit quod Mercurius ut di
cunt astronomi respectum habet ad deli
tatem et oracula prophetarum et credulitatem
et oracionem et maxime cum coniungitur
Jupiter Unde et lex mercurialis difficilior
est ad credendum quam alie et propter hoc
motus Mercurii difficilis et varius in
epiciclo et ecentrico et equante quam
sunt mirabiliores et difficiliores omnibus
motibus planetarum sicut patet ex dictis Pto
lomei et plenius Albategni et Alfraga
ni Quapropter hic significat super legem que
habet difficiles articulos et occultas va
rietates cuius est lex xpiana Secundo
ponit quod Mercurius est significator scripture

et profunditatis sciencie in libris profundis atque
facunditate et dulcedinis locucionis
et rethorice et velocitatis eius et expla
nacionis sentenciarum Et significat quod tam
autenticis scripturis et tam profundis sciencijs
et tam potestate eloquencie defendetur quod sta
bit semper in robore suo donec lex ultima
lune perturbet eam ad tempus Tercio quod hec
lex est prophete secundum quod dixerunt Astrolo
gi qui nasciturus erat de virgine Nam omnes
caldei et egypcij Astronomi et primi auc
tores eorum docent quod in prima facie virginis
oritur virgo munda puella immaculata
corpore decora vultu venusta habitu mo
desta crine prolixo puerum nutriens et pas
cens in terra hebrea a quibusdam nacioni
bus nominatum Jhesum quem nos grece xpm
dicimus Sic enim scribit in maiori intro
ductorio Albumasar Quarto subiungit quod
hic ortus prophete de virgine intime conve
nit legi mercuriali quia Mercurius habet
maximam potestatem seu testimonia seu
virtutes et fortitudines in virgine secundum iu
dicium astronomorum omnium Creatus enim fuit
in virgine ut sunt scilicet domus exaltacio tri
plicitas terminus et facies et diffuse declarat
et concludit quod numquam tantum dominatur
mercurius sicut in virgine nec aliquis alius
planeta in ea habet tot dominia quare
appropriatur virgini Mercurius Et ideo ex hac cau
sa dixerunt legem mercurialem debere esse
sectam prophete nasciturj de virgine et
hanc posuerunt legem xpianam Quin
to ponit ponit quod secundum astronomos si Ju
piter coniungitur lune erit ex hoc lex lune
que erit ultima sicut circulus lune est
ultimus Et hec erit lex corrupcionis que
violabit omnes alias leges et suspendit
eas eciam legem mercurialem ad tempus
luna enim ut dicunt significat super nigro
manciam et mendacium Et ideo lex lune
erit magica et mendosa et propter corrupcionem
lunaris motus et figuracionum lunarium significat
super corrupcionem legis istius que in se erit
corrupta et alias corrumpens Non ta
men multum durabit quia luna velo
citer mutatur cum figuracione et luce sua
et motu propter brevitatem sui circuli Et hec
ut asserunt statuetur ab aliquo magno
et potenti qui prevalebit alios et extimant
Astronomi tam antiqui quam moderni
quod hec erit lex antixpi quia ultimo veniet
et inducet legem corrupcionis infamabit
mundum per arcionem magicarum et mendacia

sina Sexto omnibus premissis concludit
Quod cum Astronomi et precipue Albu
masar in libro Coniunctionum modo pdic
to distinguat sex sectas principales p
nominatas inde manifeste sequitur Quod
secta xpi ad alias comparata propter eius
nobiles condiciones sola digna est et omnes
alie indigne nomine legis sed sunt homi
num figmenta Ubi advertendum est Quod si
in hac generaliter comprehendat legem
Moysi labitur in heresim manicheorum
qui eam damnaverunt Cum tamen
xpus dixit Non veni solvere legem sed
adimplere De aliis vero sectis verum est quod
dixit Nam de lege ultima satis mani
festum est et de lege venerea que
est Sarracenorum et de aliis sectis que
sunt ydolatrarum Secta vero Iudeorum
ut ipse ait nimis elongatur a veritate sed
legislator non fuit filius virginis sicut
in lege xpiana nec habet condiciones ali
as tam nobiles Ideo oportet quod lex xpi
super omnes alias obtineat principatum

Adhuc autem doctor ille ostendit
quod Astrologi non solum iste
in veritate investigant leges,
ut dictum est sed etiam deter
minant tempora incepcionum earum et finem
aliquarum Primo ergo Albumasar in libro
coniunctionum et alii concordes determinant
tres esse Saturni et Iovis coniunctiones mag
nam videlicet maiorem et maximam
Magna est qua coniunguntur omnibus
20 annis in quocumque signo Iupiter enim
perficit cursum suum in 12 annis et Satur
nus quasi in triginta Et ideo fit ut post
viginti annos iunguntur in nono signo
ab eo in quo prius iuncti fuerunt Et post
alios viginti in alio a primo et post
alios viginti iterum in illo primo Et est
coniunctio magna que dicitur significare
plures super sublimacionem regum et po
tentum et super quantitatem annone et su
per ortus prophetarum Et postquam in ipsa
triplicitate tociens coniuncti fuerint in a
liam intrent et coniungantur et tunc illa
coniunctio vocatur maior que fit in omni
bus 240 annis vel circa Et significat
super sectam et mutacionem eius in qui
busdam regionibus Sed cum fit coniunctio
ab ista triplicitate in aliam ut a fine
cancri ad inicium Arietis tunc dicitur
maxima per revoluciones Saturni triginta duo
bus vicibus et fit in omnibus 960 an
nis et significat super mutacionem imperiorum
et regnorum et super impressiones terribiles

in mari et et super diluvium et super terremotum
et gravitatem annone Secundo narrat iste
quod una fuit maior coniunctio vel fere maxi
ma ante xpm vicesimo quarto scilicet anno Au
gusti cesaris quam dixerunt sapientes
significare super legem incunctalem fu
turam de qua mencio fit in preallegato
libro qui dicitur Ovidii et intitulatur
de vetula Sed de hac auctoritate modicum cu
randum est quia bene consideranti perspicuum
est librum illum non ab Ovidio sed ab alio
longe post adventum xpi fuisse constru
ctum et in adulacionem fidei quasi lex xpi
ab Ovidio fuisse previsam eidem esse attribu
tum Lex autem nostra verissima non indiget
falsa et adulatoria laude Tercio dicit Quod
cum licentiis virginum in aliis signis sic
ducetur sicut in signo virginis ut supra
tactum est illa predicta coniunctio fuit qui
prima facies virginis ascendebat in orizon
te et facta est prope caput arietis Sed cum
revoluimus motus Saturni et Iovis ad tempus
illud invenimus eos fuisse coniunctos per
medios cursus suos ante nativitatem xpi
per sex annos quinque dies et tres horas
Et fuit illa coniunctio in Thauro Et si
fuisset propinquior capiti arietis fuisset
maxima Quarto dicit quod non solum per
coniunctiones predictam sed etiam per revolu
ciones motuum planetarum astronomi confir
mant propositum Nam Albumasar docet
quod mutaciones secte et regni et earum permutaciones
accidunt precipue secundum quantitatem revolucionum
Saturnalium et precipue si Saturno conveniat
mutacio ad signa mobilia que sunt Can
cer libra Capricornus Aries Dum Iupiter
fuit cadens ab eo Sed si Iupiter fuit cum
eo aut aspiciat eum minuet multum
de malo propter eius bonitatem Quando enim
fuerunt complete decem revoluciones Saturni
in diebus Darii fuit apparicio Alexan
dri magni et destruccio regni persarum
Et circa post alias decem revoluciones
completas apparuit Ihesus filius marie
cum permutacione secte Et cum implete
fuerunt alie decem venit lex que est
inter paganos Et post decem alias venit
Machometus Et forte illud est ante com
plementum decime ut in revolucione
nona vel post forsan post in undecima
Et illud est secundum quantitatem eius quod
exigunt coniunctiones premisse que sunt
forciores istis revolucionibus Et simi
liter mutatur cicius vel tardius secundum
proprietates planetarum dominancium Unde dicitur ut
Saturnus dominatur Iudeis Iupiter Babi
lonie Mars Tharsie Sol Romanis

et suppo/heureus egypto/una assiriis
Sed qualiter hec assignacio planetarum ad hec regna
possit salvari cum assignacione eorundem ad
septem climata quam alias diversimode cont
rare de hoc tamen discutere non est mei pro
positi sed in tractatu de imagine mundi aliquid
tetigi Quinto ponit doctor iste quod de destru
ccione legis Machometi certitudinaliter loquuntur
astronomi Nam secundum quod Albumasar dixit
lex illa non potest durare ultra 693 sed tamen
nisi propter aliquam causam incidentem tempus
abreviet secundum quod prius tactum est Circa hec
maxima potest fieri maior vel minor ex causis
diversis Et ut iste doctor dicit tunc quando hec
scribit scripsit iam erat annus Arabum 694
a tempore Machometi Et ideo concludebat quod ista
destrueretur Et quod istud erat magnum solacium
christianis Unde laudandus erat deus qui
dedit philosophis talem lucem sapiencie per quam
veritas confirmatur et roboratur et per quam
perpetuus inimicus fidei destrui debet Et pro
concordancia huius sumere inducat scripturam
Apokalipsis quod numerus bestie 663 qui numerus
est minor predicto per xxx annos Sed in multis
locis subticet de minori completo Nam hic
est mos scripture ut dicit Beda et hic for
san voluit deus quod non exprimeretur tota
liter sed aliqualiter occultaretur sicut et cetera
que in apocalypsi scribuntur quia forte
an illud tempus ultimum quod huic secte secundum
eius causam principalem determinat Albuma
sar contingeret quod Saracenos destruerent vel
per Tartaros aut per christianos sicut iam tunc
maxima pars Sarracenorum destructa erat
per Tartaros et caput regni quod fuit
Baldach et Kaliph qui fuit sicut papa
eorum Sed eis non obstantibus lex ista postea
magnum tempus lapsum sit tamen experiencia docet
quod nondum secta illa predicto tempore destructa est
Sed prochdolor sepe et multum contra christianos
invaluit Unde patet quod in hac opinione fragi
lis est et exigua seu invalida certitudo Sed
dicit iste doctor quod quia eciam quod post sec
tam Machometi nulla secta veniet nisi
lex antichristi et astronomi similiter in hoc con
cordant Quarto erit aliquis potens qui legem
fedam et magicam constituet post Macho
metum que omnes alias suspendet Ideo multum
esse utile ecclesie dei considerare de tempore istius
legis dum cito veniet post destruccionem legis
Machometi an multum longe Et Ethicus
philosophus dicit in sua cosmographia quod gens
que fuit clausa inter portas Caspias ve
niet in mundum in diebus Antichristi et eum vo
cabit deum deorum Jam vero ut dicit iste tra
ctatus qui fuerunt infra portas illas inde
exierunt Nam porte illis fracte sunt
sicut retulerunt aliqui christiani qui per
medium eorum transierunt Hic ideo inducat
quasi signum propinquum adventus antichristi
Unde concludendo dicit eciam si ecclesia vel
let revolvere textum sacrum et prophecias sa
nctas atque prophecias Sibille et Merlini et
Aquile et Joachim et multorum aliorum
insuper et libros philosophorum atque iubet con
siderari vias astronomie sufficientem
sufficientem suspicionem vel magis certitudinem de
tempore antichristi Sed hiis videtur obviare
dictus Christi Non est vestrum nosse tempora vel
momenta que posuit pater in sua potesta
te Et illud de die autem illa nemo scit
etc. Quid autem super hiis dicendum sit non
est presentis operis diffinire Sed de hac materia
tractatum in quodam sermone de adven
tu super verbo Scitote quoniam prope est regnum
dei
Licet vero iste doctor premissa
omnia inducere videatur ad
confirmacionem et legis Christi
laudem tamen multa ex
eis presertim considerantibus apparent
magis infirmare quam confirmare fidem
nec esse vere laudacionis sed magis videntur
esse ficte adulacionis legis seu religionis
christiane Unde contra eius opinionem videntur
procedere raciones quas libro preallegato fa
cit dominus Petrus de Alliaco ... pariensis contra opinionem an
tiquam superius allegatam Quarum
prima est quod vera fides docet stellas et
planetas subditas esse cultui divino et le
gi et nullatenus econverso Nam iubente
Josue et dicente Sol contra Gabaon ne
movearis etc. Obedierunt sol et luna
Stetitque sol in medio celi spacio unius
diei et non festinavit occumbere Et sic du
plicata est dies que duplicacio toti
mundo visa est et per consequens iuxta testi
monium celorum error iste deservit Obe
dierunt enim sol et luna Josue cultori
dei et ministro legis sue et non nisi propter
dei cultum legisque ministerium Quare
manifestum est ipsum dei cultum et legem
superiores esse et forciores eis hiisque cul
tores atque ministros Nullatenus ergo cultus
dei et lex eiusdem subsunt planetis sed
magis econverso Et idem facit retrocessio solis
et retrocessio umbre per decem lineas que
facta fuit tempore Ezechie ut legitur in libro
Regum et in Ysaia Secunda racio
est Quia celi et stelle aut sicut

Sol et luna
obedierunt
Josue cultori
legis divine et
ministro ergo
nisi legis divine

aut voluntate ista operantur que eis
imponitur aut naturaliter sicut ignis tale
facit et lux illuminat Sed primo inducunt
sectas condicionis quibus conditur vel
tu diuino et lege nostre est eos grauissime
ptaxe in deum et in animas quas a cul
tu eius et lege auertunt et in errores
impietatis adducunt quare et malos
esse et capitales dei inimicos dubitari
non potestem malicia ista aut est eis
nata aut inuenta aut adquisita
Si primo dicatur erunt quasi naturaliter mali et ad
nichil habeant utile quod deus in eis
creauit non solum eos malos fecisset
sed maliciam in eis quod quam longe sit a
diuina bonitate palam est Nam si ma
liciam creasset deus contumeliam suam
creasset et aduersus semetipsum condidit
torem et inimicum capitalem Si vero 2m
dicatur tunc necessario corrupti sunt atque
decepti mutati quoque a suo statu et boni
tate naturali quasi locum habeat apud
animas eorum mutacio et corrupcio cum
corpora eorum incorporalia esse constet et
hec ordo nature non patitur ut in eis
nobilior sit status corporum quam animarum
Restat igitur ut ut scienter et volun
tate operentur talia Si vero dicatur quod
ista operantur absque sciencia et voluntate
precise et naturaliter quemadmodum lapis a
damas attrahit ferrum hoc ergo potencia
nature et non libere operatur ut non operatur
que quidem operacio seruilis est sicut dicit
philosophus quia natura operatur per modum
seruitutis hoc autem videtur impossibile
quia virtus sic operans ignobilis est et
vilis comparacione virtutis libere operantis
que potest in utrumque oppositorum scilicet super
suum operari et super suum non operari Vi
libus autem impossibile est esse cunctorum
ignobilis Quare virtutes celorum impossibile
est facere in nobis sapienciam vel virtutes
vel bonos mores vel quascumque
artes vel voluntates cum hec omnia
nobiliora sint omnibus huiusmodi operatio
nes aut sunt corporales aut spirituales
Si corporales ergo non possunt corporalia na
turaliter imprimere dispositiones spirituales per
naturales operaciones per similitudinem sunt
cum agens naturaliter sive intendat quod
hec et assimilare sibi recipiens Mani
festum est ergo quod nec leges nec secte nec
alia huiusmodi ex talibus esse possunt propter
naturalem dissimilitudinem et quia hec
nobiliora sunt eis cum impossibile sit
in natura ut causa sit ignobilior
causato Si spirituales virtutes non agunt

Sol et luna obedierunt Josue cultori legis diuine et ministro eius nichil legi diuine

nisi per contactum agentis et pacientis
vel medii Omnia in hiis que in antris
vel locis subterraneis nascuntur et degunt
nil poterunt virtutes huiusmodi et ita non
poterunt eos mutare ad mores vel leges
vel sectas Si vero dicatur has virtutes ce
lorum esse spirituales cum tales virtutes non
operentur nisi intelligendo operando ymagi
nando et desiderando primo apud se
Nota ergo eius celos intelligere primum et desiderare
huiusmodi impressiones in hominibus et ex hoc
sequitur ut prius dictum est quod scienter et vo
luntarie mala prouocata et non solum bo
na imprimunt in hominibus et animalibus huma
nis et earum huiusmodi operaciones in loco et tempore
ordinantur sive impediantur sicut apparet
in operacionibus animalium quare eque eum
intelligunt et eque libere volunt eque
ymaginantur et desiderant in uno loco
sicut in alio et per consequens quod sub stellarum
eque potens est ad huiusmodi operaciones in
uno situ vel loco sicut in quocumque alio
eque igitur in ortu vel in occasu eque
in uno signo vel in alio quocumque
Non ergo locum habet apud eos dominium
neque exaltacio neque casus aut illud dolor
eius que hii non sapientes sed somnian
tes eis attribuunt aliquo nisi debiliores
esse ut intellectu et ymaginacione ac vo
luntate et desiderio apud eos quam apud
nos Ad confirmacionem autem huius racionis
multa suppetunt ex quibus aliqua non solum
videntur probare impossibile quod in princi
pio [illegible] Sed vult hoc eciam reprobare
videntur magnam partem astronomie
de iudiciis autem hec facere non est principalis
intencionis fidei de illis pertinet Nam ad
ea secundum astronomos eciam dare posset
probabilis responsio Alia racio est quia
aut iste constellaciones sive stellarum po
siciones sunt signa tantum istorum euentuum
inferiorum aut sunt signa et cause simul Si
signa tantum aut erunt concomitancia eis
de necessitate aut non Si sic eius ipsa signa
necessaria sunt hoc est quod auerti vel mutari nul
lo modo possunt erunt ipsi euentus immu
tabiles et inuisibiles et ita omnia de
necessitate euenient in moribus Si vero sunt
signa que de necessitate non comitantur eciam
euentus inferiores erunt per illa separa
ab eis Sed signum aut a quo separata est eg
les signata signum mendax Quare
possibile est huiusmodi signa falli Non est
igitur sciencia de signibus eorum Scientia eius
et artes non sunt de fallibilibus Si

Uo signa sunt et cause istorum euentuum cum in se naturalia sunt ex eius euentibus ex necessitate veniunt. Motus enim celorum cum omnibus dispositionibus suis necessarius est et immutabilis quare euentus omnes causati a constellationibus similiter erunt necessarii. Ex predictis finaliter concludit quod secte predicationis et errores atque vicia et peccata quibus iusto dei iudicio eterna damnacio reddenda est nullatenus celestibus creaturis tante dei contumelie tante quod predicationes hominum effici possunt sine creatrice iste celestes create sunt et creatura vt ipsi opinantur sine non De omni vero lege bona omnique salutis reclusite nullatenus dubitandum est quin sit ab auctore fonteque vero ac primitiuo bonorum qui est deus altissimus Adducunt ad confirmationem premissorum induci possent raciones eiusdem doctoris quas facit in libro suo de vniuerso parte prima contra astronomos qui blasphemant dei bonitatem altissimi dicentes quosdam ex planetis vel stellis malos esse et eos expresse vocantes infortunatos et attribuentes eis magnam partem malorum que sunt in hominibus vt homicidia furta rixas cedes prelia lites iurgia fraudes et alia huiusmodi hec enim infamacio quam specialiter duobus planetis attribuunt videlicet Saturno et Marti in blasphemiam directe refunditur creatoris et diffuse plurimae inicitur Et tandem alias quod multas quorundam astronomorum vel magorum supersticiones ibi racionibus varijs persequitur Tandem vero postquam de celis et stellis et earum virtutibus multa tractauit vltima concludit quod virtutes celestes non per modum quem putauerunt astronomi pertinent in leges vel sectas nec in artes aut in disciplinas vel mores hominum finaliter nec in honores aut dignitates principatus vel dominaciones rerum humanarum

Ed quamuis huic opinioni multum fauere videantur dicta sanctorum scilicet Augustini libro de ciuitate dei et plurimorum aliorum Tamen huiusmodi raciones et conclusio huius doctoris ad eam probandam inducte in illa qualitate qua tradite sunt nimis

remaxe et pro magna parte penitus anullare astronomie scientiam et astronomicam potestatem vbi videtur quod hec opinio possit restringi possintque aliquomodo temperari probaciones ipsius pro aliqua ad excusacionem astronomorum apparenter inducta ab illo doctore anglico prenominato cuius dicta breuiter recitabo Primo ergo dicit quod secundum astronomos et precipue katholicos fideles licet secte sint aliquomodo sit a constellacionibus celestibus tamen huiusmodi secte vel leges pendent ex libertate racionis cum non imponant aliquam necessitatem libero arbitrio dicentes plura esse signa imminencia nobis ea que deus disposuit ab eterno fieri siue per naturam siue per voluntatem humanam siue per racionem propriam secundum placitum sue voluntatis sicut dicit in libro de temporibus plurimorum Secundo dicit quod secundum astronomos licet voluntas non cogatur tamen corpus alteratur per virtutes celorum et tunc anima corpori vnita excitatur fortiter et inducitur efficaciter licet non cogatur vt velit sequi licet gratis seu libere inclinacionis corporis ad actus priuatos vel publicos et ad bonos sicut ad malos vt sic opiniones et secte ac mutaciones consuetudinum inducantur per aliquem famosum in populo et potentem secundum quod premissum sunt et permissum a deo ita quod planete sic non solum sunt signa sed aliud faciant in excitando Et in hoc vltimo verbo multum bene dicit meo iudicio quia non videtur bene intelligibile quod constellaciones sunt signa imminencia futurorum nisi aliquomodo sint eorum causa Tercio dicit quod tamen aliqui astronomi posuerunt dominum nostrum Ihesum Christum esse deum et hominem vt Ethicus manifeste dicit in Cosmographia et Albumasar similiter et sicut in prealligato libro de vetula deum incarnari in christo expresse concludit attribuunt ista christo non tamen pro homine cum ista naturaliter homini denegentur nec volunt quod disposicio celestis potuit esse signum concepcionis virginis et natiuitatis illius hominis de virgine in quantum homo sed sicut dicit in libro secundo primum planetarum planete omnes et cetere stelle aliter deo homini facto aliter puro homini aliter et aliter creature famulantur Volunt ergo deus vires suas sic ordinare vt quedam que futura precendunt racionalibus per planetas ostenderet sed sed vt merus

humana dei mistica cognoscens in amo
rem sui conditoris succensa ex excessit
Et ideo voluit quod immine et significabile
possent celestia hoc opus deificum con
cepcionis et nativitatis. quamquam creatura
attestatur suo creatori in carnem
venienti sicut contra naturam sol obscura
tus fuit in passione christi quod philosophi hoc
videntes dixerunt quod aut deus na
ture paciebatur aut tota mundi machina
dissolvetur Et sine dubio voluit quod
impossibile sit deum subici creature nec
illud opus divinum inquantum fuit ex
virtute infinita et supra naturam fuit
aliquo modo subiectum disposicioni celesti
Jam vero in hoc dicto videtur iste discedere
a via scientie naturalis et quod astronomi non
habuerunt naturales prognosticaciones astrono
mice sciencie respectu huius operis divini
nec per consequens future legis christi que
tota divina est et supernaturalis Quarto
dicit quod licet illud opus mirificum in
quantum supernaturale non fuit subiectum
celesti constellacioni tamen inquantum
virgo mundissima fuit vera mater et naturalis
domini nostri ihesu christi et aliquo modo opera
ta fuit ex virtute naturali in preparando ma
teriam et fovendo et in hoc posuerunt
materiam celi cooperatam fuisse virtu
ti naturali virginis et excitasse eam in
quantum natura operabatur quia homo
generat hominem et sol Si enim aliquid
fuit naturale in illa concepcione per materie
disposicionem preparacionem et fomentum
in utero et hoc inquantum fuit verum et
naturalis non extimant inconveniens
ponere celestem disposicionem esse plus
quam signum illius Sed tandem concludit
quod quicquid isti dicunt in hac parte ad
regulam fidei reducendum est ut a
katholica veritate non discordet Et licet
omnia ad plenum non sufficiant ostendere
secta huius secte utrum an sit et qualis
sit in vero pulcre attestatur Unde in hoc
excusare debemus ignoranciam eorum
quia defecerunt a plena certitudine
ritus christiani cum in ea non fuerint
instructi et laudare quod in nobis concor
dant et nostram professionem confirmant

Ex premissis manifeste patet
quam diverse sint adinvicem sen
tencie in hac materia
Sed utile iudico licet sit diffi

cile mit extrema medium eligere Et ad hoc
aliquas conclusiones hic probabiliter
explicabo Prima est quod omnes leges vel
secte quantum quantum ad illa que in eis
naturalia sunt vel naturaliter fiunt astrono
mice potestati seu constellacioni vel disposi
cioni celesti aliqualiter subesse possunt Et
hec est in hoc fundata quia orbis iste
inferior infra speram lune contiguus
est et subiectus lacionibus superioribus
id est celestibus corporibus ut secundum Arestotelem
tota virtus eius gubernetur Unde et hec
verum est non de his que pure et libere vel
miraculose fiunt sed de his que naturalia
sunt et naturaliter procedunt Nam de his
tam racione quam experiencia manifestum est
Quod aliqua celesti disposicioni subsunt ut
in libro preallegato dictus Guillelmus pari
siensis pulcre declarat Cum ergo non appa
reat maior racio de aliquibus rebus
naturalibus quam de aliis concludendum est
de omnibus quod sic naturaliter subsunt Secunda
quantum ad hoc non erit istud inconveniens
dicere de legibus vel sectis eciam de lege
christiana videlicet quod christus legislator
noster a sua nativitate quantum valde bonam
complexionem dicitur habuisse naturalem
Non ergo fidei dissonum et racioni naturali con
sonum quod sub bona celi disposicione seu con
stellacione natus fuit A qua complexione
bonitas naturalis in eo dependere potuit
sic eciam supra dictum est de concepcione in
utero virginis quantum ad preparacionem naturalem
et fomentum Unde michi hunc modum
non videtur inutile figuram nativitatis
vera calculacione describere ut monstretur
secundum astronomos qualis erat dispo
sicio celi et cetera Ad confirmacionem autem
huius rei potest induci inducta per simili
tudinem unum exemplum legis Moysi de di
luvio de quo tangit dictus Guillelmus pa
riensis libro preallegato ubi tractat de
caracteribus celi de quibus loquitur Moy
ses et exponit quod per eas intellexit prophe
ta partes illas celi que generative sunt
pluviarum et inundacionis aquarum qualia
sunt signa aquatica ut Cancer et
Pisces similiter pliades et orion de pla
netis vero Mars Venus et luna Caracter
teres ergo huiusmodi tunc apte intelliguntur
cum cause huiusmodi ad predictas istas operaciones
pluviarum nutu creatoris laxate sunt
et eciam confortate Cum igitur hoc

dicat de diluvio illo quod tamen miraculose narrat lex hebraica quare similiter non dici poterit de pluribus aliis que in eadem lege xpiana hec autem et alia possent ad predictam confirmacionem induci sed brevitatis hiis contentari expedit Secunda conclusio est quod leges vel secte que vel humana adinvencione vel dyabolica suggestione introducte sunt sicut secta machometi vel supradicte secte ydolatre aut alia huiusmodi celesti disposicioni naturaliter subsunt Et hoc ex premissa conclusione sequitur Nam cum in huiusmodi sectis nichil miraculose aut supernaturaliter fiat consequens est ut totum a causis naturalibus aliqualiter dependeat licet ad ea principaliter corrupta voluntas hominis libere operetur nec propterea hoc stelle et planete diffamandi sunt de malicia vel infortunio ut bene probat preallegatus doctor ubi supra tactum est Unde et Saturnus et Mars nominandi sunt boni et fortunati et fausti cum iste nominaciones conveniant eis naturali bonitate quam nec casus nec accidencia alia huiusmodi eis auferre potuerunt Et ideo per hoc respondetur racionibus eius superfactis quod corpora celestia vel celestes intelligencie sunt naturaliter bona quadam excellencia scilicet quantum in eis est effective que ab eis procedunt quamvis in huiusmodi sectis porciones nec naturaliter nec voluntarie mala intendunt seu errores vel prava que in eis fiunt sed tamen preter earum intencionem accidunt Et ideo astronomi qui saturno vim vel potenciam adiuvandi vel dirigendi quamvis intellectivam humanam attribuunt nullo modo debent eidem attribuere corrupciones aut pravitates ipsius neque inclinacionem ad fraudes dolos atque mendacia sed omnia fiunt in vi intellectiva humana per ineptitudinem sive inhabilitatem susceptibilitatis Et hec ineptitudo est ex parte corporis sicut est extremum in opacione lucis solaris que in aliquibus visum adiuvat in aliis autem ledit vel tollit instar dispositorum suscipientis Sic ergo dicendum est de saturno quod quantum ipse secundum eos intendat dirigere et illuminare vim intellectivam ad ea intelligenda que vera et utilia sunt et intendunt ut dicunt usque ad splendorem prophecie tamen impeditur hec intencio eius et opaco a parte corporis quod ipsi anime coniunctum est Et cum ex hac illuminacione debeat quis esse studiosus circa studia sacra et divinas efficitur curiosus circa alias et melancolicus et cogitator vanorum vel noxiorum quales sunt fraudes et doli · Hoc autem eciam de aliis planetis secundum eorum proprietates similiter declararet iste doctor pulcrius et valide Propter hoc autem quod hic dicitur de huiusmodi indisposicione que est ex parte corporis non tollitur quin principaliter ad hos errores et pravitates sectarum predictarum operetur liberius de pravacione libera voluntas de qua plura possent dici sed hec ad presens sufficiant Tercia conclusio est quod leges vel secte divine non humanitus sed divinitus inspirate qualis est lex xpi et qualem fuisse ordinis legem moysi inmediate a divina voluntate libera supernaturaliter et miraculose procedunt nullatenus astrorum legibus seu eorum constellacionibus subiecte sunt nec ad eas vel earum veritates sublimias et racionem naturalem excedentes astronomice sciencie potestas aliqualiter se extendit Et hoc patet primo Cum enim celestis constellacio sit virtus naturalis Cum eciam astronomia sit naturalis sciencia eorum potestas in res naturales non excedit nec ad ea que contra vel supra naturam sunt se extendit Cuiusmodi sunt ea que miraculose et supernaturaliter fiunt quales sunt leges predicte et plurime veritates que fiunt eas docentur et creduntur Non ergo attribuetur lex xpi Mercurio sicut dicit doctor ille Anglicus sed soli deo altissimo nec tali constellacioni scilicet almosi der conditori Cum nec eius quenciam aut colligancia coniunctarum aut quevis difficultatis motuum mercurii ad difficultates veritatum fidei et precipue illarum que facultatem naturalem et naturalem excellunt intellectum sicut sancte et individue trinitatis eterne generacionis ypostatice unionis conceptus virginalis et aliorum huiusmodi articulorum legis xpiane Si vero ille dicat quod quantum ad ista naturalia mercurius et difficiles eius tractus seu quevis alie disposiciones celestes non se habent sicut cause sed sicut signa iam supra tetigi hoc non esse bene intelligibile Pro eius declaracione sciendum est Quod figura celi seu disposicio est velut quidam liber naturalis manibus dei scriptus sicut a principio tactum est In quo tamen litteras seu quasi scripturas legibiles fecit luminaria celestia sicut ipse per moysen testatur ut essent in signa et tempora Ibi ergo reperiuntur futura non quecumque sed naturaliter fieri possibilia Et respectu horum sunt in celo signa non quidem ad placitum sed significancia naturaliter Ideo non possunt esse signa rerum quarum non sunt aliquo modo

naturalis causa tamen ad illa signa naturaliter
sequantur et eorum signata sicut posita po
nuntur effectus ex hiis ergo patet propositum
Et quod ex huiusmodi celestibus signis non
potuerunt astronomi predicare de lege christi
Et precipue de spiritualibus veritatibus
predictis Si vero quis dixerit quod de huiusmodi ve
ritatibus multa predixerunt infideles sicut
Hermes et trismegistus de verbo eterno et
Sibilla de christo multa scripserunt sicut dicit
Lactancius et in libro de civitate dei re
citat Augustinus unde et de sibillinis
versibus tamen certa Ad hoc videtur ex
ho seu alii gentiles vel philosophi aut astro
nomi de hiis que scripserunt non habu
erunt per astronomiam seu naturalem
scientiam sed hec receperunt ex divinis
scripturis quas forte aliqui legerunt
Vel ad hec prenoscenda elevati sunt per
revelacionem divinam quam ipse vocamus
propheciam quam nec a saturno neque a
celo sicut fabulantur astronomi sed a so
lo creatore recedimus provenire Sed ad huius
ad confirmacionem propositi unam facio ra
cionem que velut achilles fortior est Nam
signum eius figuram celi seu constellacionem
que significavit secundum Albumasar vel
alios astronomos super lege christi futura
tunc quero ab eis an similis constel
lacio aliquando precesserit vel non Si dicant
quod sic tunc similis propheta et similiter natus
de virgine similis lex vel secta similes le
gis veritates precedere debuerunt Cum
similem causam sequi debeat similis ef
fectus seu ad simile signum simile signa
tum hoc autem quis nullus fidelium diceret
Nam fides docet quod lex ista sicut et le
gislatoris nostri incorrupta nec priusquam si
milem visa est nec habere sequetur Si vero
dicant quod numquam talis constellacio precesserit
aut futura sit nec in celo causa similis
aut simile signum non sequi possit talis
eventus aut eveniret similis effectus
Sequitur quod ipsi aut alii auctores astro
nomie predecessores ipsorum non potuerunt hoc
experienciam nec per quamvis naturalem scienciam
quod huiusmodi constellacio esset aliquo modo
causa efficiens vel signum prenosticum
huius legis vel secte future quia nec
talem eam futuram esse ex huiusmodi con
stellacioni naturaliter cognoscere potuerunt
Insuper si hoc concedatur quod numquam similis
constellacio aut precessit aut secutura sit

sequitur ex hoc quod motus corporum celestium
seu revoluciones celestes sunt irracionna
les et incommensurabiles ita quod post et
punctualiter numquam revolvuntur ad eundem
statum cuius oppositum supponere videtur
communis astronomorum opinio Ex pre
missis ergo conclusionibus et earum ra
cionibus satis patet quid in proposita ma
probabilius sit dicendum

Sed ad hec pro maiori huiusmodi me
declaracione et specialiter huius
quod in ultima tractum est
racionabiliter queri potest quid de premis
sa incommensuracione motuum celestium sit
tenendum Et utrum sint racionales
vel non An sit credendum est quod ad utramque
questionis partem raciones probabiles in
ducere sunt quas hic recitare breviter
videtur michi utile Pars ergo affirmativa
probatur quadruplici racione Quarum
prima fundatur in hoc quod pars contraria
divine bonitati detrahit Secunda quia
ipsa celi decorem totiusque mundi perfeccionem
tollit vel minuit Tercia quia sciencie
de celestibus magnam incertitudinem att
ribuit Quarta quia hominibus maxi
me antiquis philosophis multam ignoran
ciam imponit Prima itaque racio est
Cum a divinis incommensurabilium proporcio
a racione naturali quodammodo secludit
et inde a proporcione rei racionalis irracionalis
ideo divine bonitati indignum esse videtur
ut ipse motus celi proporcione irracionali quasi
indistincta habitudine gubernasset per quos
ceteri motus debite et racionabiliter ordi
nantur Et confirmatur quia numeri figuras
et numeros quosdam a sapientibus dignior
reputati sunt aut quadam secreta
racione nature aut quia rebus perfec
cioribus insunt sicut circulus apud Aristotelem
dicitur perfectissima figura et ternarius
perfectissimus numerus de quo eciam Virgilius
ait Numero deus impare gaudet Et
sicut ita est in figuris et numeris ita eorum
dici de eorum proporcionibus Unde dicit Av
erroys et aliqui multum commenda
bant proporcionem duplam de qua quidam
ait Firma firmiter proporcio dupla ligantur
quo supposito unusquisque quasi naturali
instinctu concederet proporciones racionales
fore aliis irracionalibus digniores
Sicut ergo celestibus orbibus convenit
figura proporcio nobilior ut corporibus que
ipse nobilitate excellenciam arcessit glosa

vocauit nullus deesset decor corporeus Cu-
ius igitur ipsa irrationabilis proportio aut incom-
mensurabilitas potius disproportio vo-
canda sit seu proportionis privatio et habitus
privatione melior et pulchrior sit sequitur quod divine
bonitati et sapientie convenit ut in celestibus
corporibus et eorum motibus proportionem et
commensurabilitatem posuit uel carenciam
seu privationem huius pulchritudinis atque perfectionis
in eis eciam permisisset Secunda racio
est quia omnis pulchritudo in quadam pro-
portione et commensurabilitate consistit sicut
iam dictum est Unde secundum perypatheticos omne
quod delectat intuitum consistit in proportione
rationabili et armonie que mulcent
auditum omnes quoque sapores et odores consectos
delectabiles circa et proportionata commensura[illegible]
tum insistent proportiones inducunt
sensibus voluptatem sed destructe
de quibus apostolus ait Simphonie
vel parte et iste reputate sunt inter a-
lias digniores Econtra aut omnis irrationa-
lis proportio offendit in sonis auditum in
saporibus gustum et sic de aliis ut
vult Aristoteles nec solum ledit sensum sed
eciam intellectum propter quod antiqui dix-
erunt animam constare quadam numerali et
armonica racione Cum igitur ex premissis
pateat non solum sensibus vivis sed etiam
intellectibus distonia disconveniat atque
displiceat irrationabilis proportio quanto magis
celestibus intelligenciis Quomodo ergo pone-
mus ea celestia corpora cum tali incommen-
surabilitate et macula et tristabili dis-
paritate moveri Cum secundum philosophum in motu
suorum orbium optimam vitam ducere et gau-
dere atque delectari affirmentur Et confir-
matur racio Quia si quis faceret horolo-
gium male utique efficeret eius rotarum mo-
tus quam earum commensurabiles quantum pos-
set Quanto magis ergo opinandum est hoc
de architectore summo quem opifice deo qui
omnia fecisse dicitur in numero pondere et mensura
Unde ait Boethius Omnia que a primeva
origine rerum processerunt racione numerorum
formata sunt Plato quoque ait mundi opi-
ficem quatuor elementa in proportione con-
tinua connectente duos numeros cubi-
tos et duos eorum proportionabiles medios
conexisse hinc est illud Boethii Tu nu-
meris elementa ligas Si ergo ita sit
in horologiis et in elementis pluribusque
rebus corruptibilibus quanto magis in
corporibus motibusque celestibus quod eos
consideat racionalis commensuratio et
analogia immutabilis Cum vero in
hiis inferioribus contingat quod propter con-
tinuatorem contrariorum aliqua proportionantur
incommensurabiliter hoc fit iuxta verba aristotelis
quia ista inferiora sunt plena turbine
propter distanciam a comodo divino et adeo qui
talem inordinacionem propter se in celestibus
non permittit Ex quibus omnibus conclu-
ditur quod huiusmodi incommensurabilitas
celestium motuum et divine derogat bo-
nitati et pulchritudini tocius universi Ter-
cia racio fundatur in hoc quia sicut a
rethorice fieri videtur iniuria si ad celestes
motus numerorum proportio nequeat applicari
Cum enim musica ad sonos convenit modos
Cur eos non poterit astronomia ad
motus celestium coaptare Cumque per eorum
numerentur astra Cur eorum motus
non poterunt suis numeris mensu-
rari Cumque insuper Arismetica cum
deo habitet quia unus et trinus est
quomodo a celi motibus excluditur
rationabilis proportio et in elementis
proportio irrationabilis esse ponetur Nam
disproportio seu pocius mensure pri-
vatio ipsi arismetice una cum ceteris
rebus disconveniens et dissona iam
superius probata est Et confirmatur quod
talis porcio irrationalis non solum
a celo excludit Arismeticam sed eciam
sciam sibi subalternatam scilicet musicam
Nam proportio huius est ab omni consonan-
cia aliena magis quam apta est [ad] horrende
latibus inferni quam celi motibus
in quibus dulcissime musica secundum
multorum philosophorum testimonia credi-
tur resonare et dei gloriam enarrare Unde
Pitagoras ibi supremam consonanciam
se fatebatur audivisse per cuius dulcedi-
nem mundi opifex nexum moderari cre-
ditur universi mundi fabrice Narratur
eciam a Tullio in sexto de re publi-
ca sompnium Scipionis ubi dicitur quod imple-
bat aures eius cantus dulcissimus
qui pulsu et motu ipsorum orbium ef-
ficiatur Quod exponens Macrobius
variat allegat platonem qui in
republica sua cum de sperarum celestium
volubilitate tractaret ait sperarum
motum numeris exhibere Theologi quoque
gentilium et poete novem musas octo sperarum
musicos cantus et unam maximam
consonanciam que confit ex omnibus
esse voluerunt Ad propositum Macrobius

allegat Esiodum et multa subdit
de illa musica celesti concludens quod
solo in hac vita omnes omnia musicis
sonis capit quia in corpus memo
riam defert musice cuius in celo fuit
conscia Sed etiam Boecius affirmat
quod non frustra a platone dictum est
mundi animam in musica consonanciaz
fuisse compactam et quod non potest dubi
tari quin anime nostre et corporis status
eis quodammodo proporcionibus videatur esse
compositus quibus armonice modu
laciones copulant Ideoque Boecius tri
nam ponit primam vocant mundanaz
de qua hys suppedita est
que in celo vel eorum aut ipsum varietate
Et subdit Unde non potest ab hac celesti
origine racio ordo modulacionis absiste
Hermes insuper pater philosophorum ait Non im
merito in homine celicus musicorum chorus
est a summa divinitate demissus sine tamen
terrenus mundus videtur incultior si mo
dorum dulcedine caruisset sed potius
musicatis hominum cantilenis celebraretur
laudibus quod solum est aut eciam est
aut est pater omnium atque celestibus laudibus
ne in terris armonie defuisset suavitas
Hec etiam racionalis probacio celestem
musicam faciens in sacris tangitur elo
quiis ubi dicitur Quis enarrabit
celorum racionem aut concentum celi quis
dormire faciet Unde Cassiodorus reco
mendans musicam ait Quid enim prestan
tius quam celi mathesis que sonora dul
cedine modulatur et nature continencia
ubique dispositam virtutis sue gracia compre
hendit Ex premissis ergo patet in celesti
bus motibus esse musicam et per consequens
racionabilem proporcionem Aristoteles vero
opinionem contrariam constat sic aris
metrice magna afficere numerum Verum
tamen est quod plato voluit celi motum
racionalem fieri sine sono nec placet A
ristotili quod motus orbium faciant strepi
tum sive sonum audibilem Et ita secundum
predictos motus celestium orbium est sine
sono Non ergo intellexerunt predicti in
celis esse musicam auribus sensibilem
sed intelligibilem Et hoc secundum Herme
tem a paucissimis qui pura mente do
tati sortiti sunt celi suspiciendi venalem
curam Unde secundum eundem musicam nosse
nichil aliud est nisi cunctarum rerum or
dinem scire et quecumque racio divina
sortita est Ordo enim singularum rerum

in unum collectus concentum quendam
dulcissimum verissimumque conficit Unde
quod hec mundana musica non sit percepti
bilis auribus Cassiodorus asserit dicens
Armonia celi humano sermone explicari
non potest quam auditu tamen racio dedit sed auri
bus natura non prodidit Qualis vero in ce
lo sit musica manifestius ostendit guido
de luca ait quod etiam intuicio dei inno
tuisse quam astrologi inter stellas reque
requirendam esse putaverunt persuaden
tes celestem esse musicam quando bene
formam comprehenderunt inter sidera col
latam Unde quidam poeta Sol opus
sidera studium luna mercuriale Sic etiaz
antiqui ymaginati sunt septem plane
tarum retrocordium quibus celi armo
nicum tripudium amena taciturnitate con
fiatur nec solum in celis planetarum
sed etiam super positerunt musicam quia
sicut idem Cassiodorus ait dicunt debe
re celi ut beatitudo celestis super celestis illis
musicis oblectacionibus perfruantur que
nec fine deficiat nec aliqua intermissione
marcescit Non est autem ex his intelligendum
quod in illa beatitudine sit musicalis de
lectacio sensualis sed spiritualis quia aliter
dicere esset declinare in intencione lo
quendum de paradiso sensibilium voluptatum
more errorum sarracenorum sicut docet per
dictus W. pariensis parte prima libri de
universo Quarta racio est quod qui ne
gat motum celi rationali proporcione commen
surari ponit in hominibus magnam et
multiplicem ignorancie cecitatem
Nam sic nullus poterit planetarum
coniuctiones et alios aspectus precognoscere
nec eorum prenoscere effectus et per consequens peri
bit astrologia nec erit in scienciis
mathematicas numeranda frustra
ergo mundi opifex os homini sublime dedit
celum quoque videre iussit et erectos ad si
dera tollere vultus ut ait Ovidius Et
confirmatur quia non solum ex hoc
sequitur ignorancia astronomie sed
eciam omnium quasi philosophorum error communissimus
Et primo quidem error Aristotelis qui est eorum
philosophorum princeps diffiniens tempus quod numerus
motus celi Et si singuli motus celi non
possent numero mensurari Et ex hoc quoque
sequitur quod omnes astronomice essent false
Sequitur etiam quod falsa sit omnium illorum
philosophorum opinio qui dixerunt corpora celes
tia redire ad statum similem completa

omnium revolucio circulacionum revolucione
quam vocant magnum annum de quo
plato in thimeo diffuse loquitur quod
etiam appollonius pulcerrime explicavit
et de quo scripsit macrobius de sole
quoque in divinis scripturis dictum est
oritur sol et occidit et ad locum suum rever
titur Et tamen si motus solis sit incommensu
rabilis impossibile est in suos circulos
ut revertatur ibi etiam scribitur quid est
quod fuit ipsum quod futurum est quid est quod
factum est ipsum quod faciendum est nichil
sub sole novum nec valet quisquam
dicere Ecce hoc recens est hoc autem ver
um non esset si incommensurabilitas
foret in motibus celi sed semper essent con
stellaciones et effectus earum quales non
fuerunt imperpetuum Unde hinc mul
tum contrariatur illorum philosophorum opinio qui
in magno anno posuerunt omnes effectus
reverti sicut ante primo platonici dixerunt
eosdem homines iterum redituros illa mag
na revolucione pacta quod insequitur
poeta Claudianus dicens Certisque
bimbagibus tum rursum corporeas
mittuntur in artus Similiter et vir
gilius ubi ait has omnes ubi mille
rotam volvere per annos Rursusque inci
piunt in corpora velle reverti Et intelligit
per totam annorum circulus revolutionum
quos vocant magnum annum de quo
etiam predicant pitagorici sicut reci
tat Ovidius Ex quibus omnibus
satis persuasum esse videtur id quod a
principio querebatur

Sed in contrarium premissorum sunt
quedam persuasive raciones
atque probabiles et apparentes
prioribus responsive quarum

Prima est quia licet ut pertractatum est
in proporcionibus racionalibus consistat que
dam perfectio Verumptamen celestia non minori
sed multo ampliori decore fulgere vi
dentur si corpora sint commensurabilia ut
scilicet irracionabilitate et regularitate
coniunctis regularitas irracionabilitate
varietur et racionalitas irregulari
tate debita non fraudetur propter quod ecce
quibus motus simplex spericus est
secundum partes ipsius regularis Unde sive
racionalis proporcio irracionalis sit nobi
lior sive non earum tamen congrua mixtio
et coniuncio uniformi singularitate pul
crior est Sic enim videmus in aliis rerum

mixtum ex elementis melius est optimo
elemento et celum pulcrius varietate
stellarum distinctum quam si essent stelle
undique similes per totum celi circuitum
Sed et universum est perfectius ut quidam
aiunt propter corporalia et etiam propter monstra
Cantus quoque consonancijs variatus
delectior quam si optima consonancia fieret
continua scilicet dyapason Et pictura varijs
coloribus speciosior efficitur quam si colore
pulcerrimo tota superficies uniformiter
decoretur Sic igitur celorum machina
nullo carebit decore si talis varietate com
ponatur ut corpora numerorum singulorum horum
pondere i magnitudine motus que men
sura si esset numeralis fuisset videtur
dictum numero et mensura hec ergo mensu
ra ad continuitatem illam refertur quam
non per numeros dicamus Et dum eam com
prehendere non possumus ut racionabilem
et incommensurabilem appellamus proporcionem
tamen distincte cognoscit dei racio et sapiencia
et suo conspectui placet Et patet ex hoc
celestis virtutis ex hoc efficacia pulcrior est
licet hoc humane imbecillitati lateat
absconditum sicut solet etiam sepe con
tingere ut homo subtilis in multa va
rietate pulcritudinem percipiat cuius
diversitatis ordinem homo rudis non
advertens totum existimat esse confusum
Secunda racio est quia cum hungdi
opinio nec divine bonitati aut sapiencie
nec decori aut perfectioni universi repugnet
ut iam patet ex premissa racione huius est
quod nec proporciones reales nec numeros aut
[illegible] etiam a celo intendit excludere
Sed si cum eis in celo ubi relucent earum
proporciones alie esse dicantur nulla inde
patitur dissimetria aut musica detri
mentum De hys cum que de celi
musica dicta sunt videtur quod non de sonis
di hungdi celestibus sibi discordantibus
Unus enim dicit quod illa armonia sit
cum sono audibili alter vero negat unus
asserit quod orbis supremus resonat acutius
alter infimus Unde secundum plinium libro
secundo naturalis historie habetur et his
similia iocunda magis quam necessaria sub
tiliter dicta sunt sive physica racione
quod volumtarie poetice dicta sint sive
physica racione Sed adhuc supposito quod ce
li faciunt aliquam consonanciam tacitam
tamen non est proporcio sonorum sicut veloci
tatum Unde pitagoras non malleorum

motu non lacteum mensurant vigore
sed malleorum percussionem seu proporcionem
prosunt quantitatem que eorum per ponderum nomi
ne. Acuitates soni non sequuntur velocitatem
sed potius corporis corporum sonancium qua
litatem, figuram aut vigorancia(m) aut
in cordis asperitatem maiorem vel minorem
aut quantitatem impulsi aeris ut volt
Aristoteles in problematibus aut plura
istorum seu plurium concursum. Insuper proporciones
velocitatum celi non sunt simphonice
sicut dicunt aliqui quod sol ad venerem
proporcio sua simphonia sit dicessis. Nam
motus celorum a sapientibus non ponuntur
secundum aliquam consonanciam principalem
proporcionaliter mensurari. Si igitur spere celi
faciant aliqualem talem consonanciam
in movendo illa non est attendenda penes
velocitates motuum sed secundum capacitates
sperarum seu penes orbium quantitates. Negata
ergo igitur commensuracione motuum, dum
tamen commensuracio corporum celestium
nullo prejudicat predicat musice que
in ipsa celesti choro etsi non sensibiliter
tamen spiritualiter seu intelligibiliter plau
dat. In suo tamen plausu varietas
plus quam conformitas commoda sic can
tilena millotiens repetita non tantum placet
sed sepe fastidium generat. Unde nec bonus
est musicus qui novos musice modos
nescit multiplicare variare. Tercia racio
est. Nam si omnes motus celi essent
commensurabiles necesse esset eosdem motus
vel similes et eorum effectus eosdem aut
consimiles si mundus in infinitum dura
ret infinicies durare aliquem annum mag
num fieri de quo ibi tactum est. Sed perfec
cius est et divinitati convenienciius quod
non totiens repetatur idem et quod a
deus novas et consimiles dissimiles
prioribus constellacionibus effectus que
varios semper producat. Dum illa series
plexa quam Pitagoras per cathenam
auream intellexit non redeat in cir
culum sed recte semper procedat in longum quod
fieri non posset cum aliqua commensura
bilitate motuum celestium. Nec est in hoc
credendum illis philosophis poeticis quod sic
de aliis dictum est ipsi invicem non
concordant in quantum de illo magno anno
nec dicta eorum possunt stare cum experiencys
hactenus observatis. Alium sicut re
citat Albertus parisiensis libro prallegato a
liqui astronomi hunc magnum annum
posuerunt et dixerunt eum continere

36000 annorum et secundum probacionem Ptholo(mei)
unde quia spera stellarum fixarum movetur sin
gulis 100 annis uno gradu. Circulus
autem celi continet 360 gradus. Quare
cum hoc circulus complet in 360 centenarys
annorum que sunt 36000 quos ille mag
nus annus continet. Quo anno comple
to erunt planete ad statum suum primum red
denter ut quidam dixerunt. Aliqui tamen
ut ipse ait dixerunt annum istum 40000 an
norum numerum seu spacium continere. Et hec for
sitan propter diversitatem visionis septem planetarum
hanc autem opinionem doctor iste diffuse re
probat maxime quo ad hoc quod ponit res
eodem modo in huius magni anni visione
seu in eius revolucione renovari. Et inter sex
causas huius erroris primam ponit quod
crediderunt celestem circulum habere princi
patum causalitatis super mundum istum infe
riorem et posuerunt in eo mutaciones mag
nas fieri in dispositionibus stellarum et lumi
num similiter ut ipse ait per mutaciones mag
nas intelligit mutaciones legum et sectarum
atque magnorum regnorum. Ex quibus patet quod
hec opinio que ex commensurabilitate celestium
motuum dependet favet non modicum
errori quod lex christianorum et nativitas legis
latoris ex virgine alias et futura fuit et fu
tura sit ex constellacione stellarum quod su
perius reprobatum est. Quarta racio fieri
potest. Quia si omnes motus celi essent
commensurabiles impossibile esset solem
et lunam coniungi vel opponi equaliter
perpetuo in pauciis punctis celi. Et ita de
aliis aspectibus et reliquis planetis.
Similiter essent multi gradus in quibus
aliqui planete non possent convenire
et ita de multis et similibus que non
consequentur ex incommensurabilitate motuum
celestium que non videntur verisimilia
nec congruencia ordini et pulcritudini
universi. Quare eum una pars linee eclip
tice magis quam alia probabitur a coniunctione
solis et lune et alia que notabili pla
netarum magis ergo est dicendum quod ipsius e
clipitice nulla est porcio tam modica in
qua aliqua non sit solis et lune coniunc
tio et sic de similibus que incommensura
bilitate motuum consequuntur. Illud vero quod
dicitur de ignorancia hominum circa astro
nomiam non concludit contrarium. Sufficit
enim astronomis scire coniunccionem vel eclipsim
futuram esse usque ad aliquem gradum vel
minutum primi mobilis vel temporis, nec oportet

dicere in quo puncto aut instanti quia hoc
non est possibile ut post tangetur. Sed
etiam si isti motus punctualiter essent no-
ti et ille magnus annus foret per gli-
sam omnia ventura et ordo totus eventuum
futurorum posset ab omnibus precognosci et e-
forent in hoc similes deo immortali. Magis
igitur ponenda est incommensuracio huiusmodi
motuum ex qua hec inconveniencia non
sequuntur. Nam etiam quibuslibet ignotis
magnitudinibus demonstratis verisimilius
est esse illas incommensurabiles quam con-
trarium. sicut quacumque multitudine proposi-
ta verisimilior est coniectura quod non
sit perfectus numerus quam perfectus. Et huic
similiter de proporcione quorumlibet duorum
motuum nobis ignota verisimilius est
ipsam esse irracionalem quam racionalem
si non obstet alia racio que in proposito
non apparet

Ex premissis igitur racionibus
hinc inde factis que non
demonstrative sed solum
persuasive et apparenter con-
cludunt probabiliter inferunt Quod propo-
sita questio de incommensurabilitate mo-
tuum celestium est problema neutrum de
quo naturaliter non potest haberi evidens cer-
titudo Sed quod magis est de quibusdam
celi motibus qui ab astronomis com-
mensurabiles esse probati sunt punctualis
certitudo proporcionis eorum probacio adeo diffici-
lis inventionis est ut humana in hiis
occupacio videatur esse afflictio spiritus et
labor inestimabilis humanum transcendens
ingenium. nec mirum cum etiam in rebus
inferioribus et nobis sensibilibus ne-
queat sepe punctualis proporcio deprehen-
di si minor sit quam millesima equali-
tatem tollat et proporcionem de racionali
ad irracionalem commutet Et hoc dixerunt
sapientes astrologi unde asserit Albategni
in auctoritate ptholomei quod in tanti magis-
terii excellencia veritatem ad unguem
comprehendere non est cuiquam possibile Cuius
causam postea assignat dicens Quod
forte est aliquis motus celi qui nondum
hominibus innotuit aut propter ipsius
tarditatem aut propter ipsius ad aliud vi-
cinitatem Et ideo bene dicit plinius Quod
celi mensura non venit in digitos
ex quibus omnibus colligitur et conclu-
ditur multiplex error hominum Primus
est quorundam presumptuosorum qui iactant

se almanach seu verum kalendarium
tradere cum tale quid invenire forte
sit impossibile vel saltem impossibile quod
homines sciant aliud huiusmodi reperisse Cuius
rei signum est quod non obstante summa
antiquorum diligencia nondum quantitas
anni solaris cum perfecta certitudine cre-
ditur adinventa sicut et ex computo huius
temporis apparet Nam cum annus sit re-
diacio solis ab aliquo puncto in zodia-
co facto ad eundem punctum et ab eodem
solsticio ad idem solsticium vel ab eodem equi-
noxio ad idem equinoxium In quantitate huius
fundacionis kalendarii nostri secuti sunt
doctrinam Abrachis que remocior est
a veritate quam doctrina ptholomei quia
dixerunt quantitatem anni 365 dies et
6 horas et posuerunt tres annos
continue unumquemque 365 dies dimit-
tendo minucias horarum et quartum
annum constituerunt ex 366 diebus
Et diem interiectum in quarto anno
vocant diem bisextilem quia interse-
runt eum in februario sexto kalendas
Marcii et super eadem littera in kalendario
bis dicunt 6 kalendas et computant in
anno bisextili super eadem littera duos dies
Unde si vera esset dicta opinio de quan-
titate anni sol rediret ad idem punctum
a quo incepit moveri a principio eorundem
annorum et non egeret kalendarium
nostrum alia verificacione quam intercalacione seu
interposicione diei bisextilis Sed secundum ptho-
lomeum quantitas anni minor est quantitate
predicta de trecentesima parte unius diei
Et ita in 300 annis kalendarii nostri
erit solsticium ante finem anni per diem
unum Ideo si a 300 annis kalendarii
nostri exciperetur dies unus sol esset in
fine illorum 300 annorum reversus ad eundem
punctum et verificatum esset kalen-
darium nostrum Sed secundum Albategni quantitas
anni est minor quam Abrachis quantitate
predicta quantum est una centesima unius
diei et sic si de quibuslibet centum annis
kalendarii exciperetur unus dies esset
in fine 100 annorum semper reversio solis
ad eundem punctum et per hoc esset veri-
ficatum kalendarium nostrum Unde si vera
esset opinio Albategni in quibuslibet 100
annis kalendarii nostri deberet solsticium
nostrum precedere uno die propter defectum
predicte excepcionis Et hoc quod dicit

Lincoln(iensis) plus consonat q(uo)d in ecc(lesi)a
p(er) exp(er)imentu(m) n(ost)ri t(em)p(or)is de antecessio(n)e
solsticij cu(m) d(omi)n(u)s n(oste)r Ih(esu)s xp(istu)s nat(us)
fuit in solsticio hyemali s(ecundu)m sc(ri)pturas
u(n)de n(un)c p(re)cedit solsticiu(m) c(irc)a tot dies
quot sunt centenarij annor(um) ab eius
nativitate iam lapsi Sz istud dictum lin
colniens(is) non est undiq(ue) ver(um) p(ro)ut i(n)g(e)n(ium)
decla(r)at(ur) Sciendu(m) est q(uod) s(ecundu)m ptho
lomeu(m) q(uan)titas anni est 364 dies
q(ui)nq(ue) hore 44 m(inu)ta et 12 2a Et annus
kalendarij n(ost)ri in 300 annis excedit p(er)
unu(m) diem Et hoc concordat cu(m) lincolniens(i)
q(uan)tum ad opinione(m) ptolomej Et s(ecundu)m
Albategni q(uan)titas anni non est tanta
q(ui)a cu(m) illis q(ui)nq(ue) horis non ponit nisi
41 minuta et 9 2a Et sic in 112 annis
excedit ann(us) k(a)l(endarij) n(ost)ri non de una die
integra s(ed) plu(s) de 21 horis 49 m(inu)tis
et 12 2is Un(de) p(atet) q(uod) hic deficit lincolniens(is)
s(ecundu)m opinione(m) Albategni s(e)d s(u)p(er) mag(is)
deficit s(ecundu)m opinione(m) mag(is) co(mmun)em
q(ui)a eor(um) ponit(ur) q(uod) licet q(uan)titas anni
sit minor q(ua)m ponit Albategni q(uo)d
p(atet) ex hoc q(ui)a s(ecundu)m aliquos eq(ui)noctiu(m)
p(er) 100 et c(irc)it(er) 20 annos mutat(ur) asten
dendo p(er) unu(m) q(ua)rtu(m) diem s(ecundu)m alios
alios v(er)o p(er) 100 et c(irc)it(er) 24 annos q(ui)a
dicunt q(uod) hoc tempus satis co(n)venit
cu(m) m(u)ltis annor(um) xp(ist)i Ve(l) semp(er) unus
dies minuat(ur) de q(uan)titate anni et
denot(at) m(otu)m eor(um) solsticij et equinoctij hoc
aut(em) non est p(re)cise verum Unde quida(m)
mag(is) app(ro)pinquanti veritati dixerunt
q(uan)titate(m) anni minorem esse illa q(u)a
utit(ur) eccl(es)ia quasi de una 1310 p(ar)te
diei ita q(uod) in 130 annis si auferret(ur)
una dies esset kalendariu(m) correc
tum Et huic opinioni sat(is) videt(ur)
concordare tabula de introitu solis
in signa que ponit(ur) in kalendario v(ir)
ginei q(ui)a s(ecundu)m illa solsticia et eq(ui)n(octi)a
noctia ostendunt in uno anno 12 m(inu)t(is)
sicut p(atet) ex canone p(re)dicte tabule
q(ui)a licet tabula signet p(er) q(ui)nq(ue) an
nis unam horam tamen in 60 cessat
a computatione unius hore p(er) q(ui)nq(ue) an
nis p(ro) eo q(ui)a singulis q(ui)nq(ue) annis de
ficiunt q(ui)nq(ue) minuta de una hora
et s(ecundu)m eam in 150 annis solsticia
non mutant(ur) ostendendo nisi p(er)
unam diem et adhuc deficiunt decem
minuta unius hore que fere sup(er)
addunt unu(m) annu(m) et p(ro)pt(er) h(oc) osten
dunt in kalendario de uno die
in 131 annis excepto uno minuto

unius hore licet aut(em) hec calculacio sit
veritati p(ro)pinqua non tamen est p(re)cisa
Nam s(ecundu)m opinionem Alfonsi que co(mmun)it(er)
tenet(ur) verior q(uan)titas anni est 364
dies 49 m(inu)ta 16 2a Et sic annus ka
lendarij n(ost)ri in 132 annis excedit diem
12 horis et 48 minutis 18 2is 26 3(ti)is
et 41 quartis Unde q(uan)titas anni vera
minor est q(uan)titate anni n(ost)ri k(a)l(endarij) mediante
plus de sexta p(ar)te unius hore et p(ro)pt(er) h(oc)
oportet q(uod) solsticia et equinoctia et alia
fixe signata in k(a)l(endari)o n(ost)ro ostendunt
c(irc)iter p(er) unam diem p(er) 132 annis
Et sic si in tot annis auferat(ur) una dies
verificatum esset k(a)l(endari)um quod sat(is) con
veniente(r) fieri posset cessando uno a bi
sexto Adhuc tamen hic orit(ur) alia dif
ficultas p(ro)pt(er) opinionem Thebith qui
ponit zodiacum mobilem compositum
ex ymaginibus stellar(um) fixarum in 9a
spera moveri sup(er) capita arietis et li
bre zodiaci fixi valde tarde s(ecundu)m motum
que spere tamen q(ui)a cum ea movet(ur)
om(ne)s spere planetar(um) s(ecundu)m cum (et) auges
eor(um) nec habent auges motum aliu(m)
Et hic mot(us) p(ri)m(us) vocat(ur) mot(us) access(us)
et recessus . et s(ecundu)m hunc motum solis
et stellar(um) fixar(um) erit q(uan)titas anni non
reditio solis ab eod(em) solsticio vel equi
noctio ad eund(em) punctum sed erit reditio
solis ab ead(em) stella fixa ad eand(em) stellam
fixam q(ui)a h(ec) q(uan)titas est semp(er) una
reditio solsticij ad solsticiu(m) s(ecundu)m istum
modum non est q(uan)titat(is) unius Q(uan)ti
tas itaq(ue) anni s(ecundu)m Thebit est 364
dies et q(ua)rta diei et ult(ra) 23 2a diei unius
Et sic maior est q(ua)m sup(ra) dictum est sic
recitat lincolniens(is) Ter(ci)a alia difficultas
hic orit(ur) q(ui)a aliqui tabulas Alfonsij
redarguunt eo q(uod) supponunt tempus an
ni planis seu c(irc)ul(ar)is solis semp(er) p(er) equa
le et invariabile p(er)manere sic s(ecundu)m opinione(m)
eor(um) non est aliqua c(er)ta q(uan)titas assig
nanda Sz in his opinionibus et his q(ue)
ex eis sequunt(ur) non insisto q(ui)a h(ec)
non mutat(ur) eccl(es)ia Et insup(er) q(ui)a s(ecundu)m
Arzelem p(re)dicti modi motuu(m) celestiu(m) sunt
possibiles in ymaginacione sola Et vi(detur)
dicit lincolniensis impossibiles sunt in na(tura)
s(ecundu)m ph(ilosoph)um omnes spere novem existentes
sunt Et s(ecundu)m quas spera sibi motum p(ro)p(r)iu(m)
ab oriente in occidentem sup(er) polos
p(ro)p(r)ios Et que s(ecundu)m octo sperar(um) inferior(um) p(ro)pt(er)
motum suu(m) p(ro)p(r)ium movet(ur) motu diur
no virtute spere p(ri)me ab oriente in occ(id)entem

ut secundum ipsum planeta habeat alium motum proprium a motu sue spere. Et motus in eccentrico et epiciclo secundum eum nichil est. Et Alpetragius nisi per adinvenisse credidit modum qualiter possibile est salvare processiones et stationes et inflexiones et reflexiones ac retrogradationes planetarum et omnia apparentia per modum Aristotelis absque eccentricis et epiciclis. Sed ista opinio Aristotelis et inventio Alpetragii non adhuc bene certitudinaliter nota. Tamen secundum eos necesse est quod annus sit reditio solis ab uno solsticio ad idem solsticium vel ab equinoctio ad idem equinoctium. De quantitate vero anni nichil dicit Aristoteles vel Alpetragius aliud ab eo quod invenit Ptholomeus. Insuper ecclesia nondum certificata de quantitate anni, ut iam patet, non mutavit antiquam doctrinam de inveniendis solsticiis et equinoctiis. Posuit enim equinoctium vernale 12o kalendas Aprilis, quia ibi secundum Rabanum fuit equinoctium in primo anno seculi. Vel forte ibi posuit equinoctium tempore eorum qui hanc doctrinam tradiderunt. Ibi vero accidit error in kalendario propter anticipationem solsticiorum et equinoctiorum, qui nondum est per ecclesiam correctus. Tamen bene potest corrigi per verificationem quantitatis anni, vel etiam absque huiusmodi verificatione potest cognosci variatio dies equinoctii vel solsticii per instrumentum consideracionis vel per tabulas astronomicas verificatas, ut hec in compoto Lincolniensis plenius continentur. Unde ex hiis patet quod solsticia et equinoctia non debent in kalendario poni cum diebus fixis. Si semper fuissent aut ibi forent, [illegible] tamen etiam sic ea ascendere in kalendario, ut dictum est. Et sic non sunt fixa huiusmodi solsticia et equinoctia in kalendario, sed id etiam mutantur. Sic etiam preparationes lune licet tardius. Nam in 300 fit mutatio unius diei in kalendario. Sed hoc declarare non est presentis speculationis. Tamen etiam premissa occasionaliter et gratia exempli recitata sunt. Hec ergo de motu solis et anno solari ideo hic colliguntur, quia cum sol et eius motus inter alios planetas sit nobis notior, tamen circa ipsum difficultas est et incertitudo, quare in aliis maiorem esse concludendum est manifeste. Addit autem ad difficultatem et incertitudinem premissorum quod nondum certificati sunt motus augium planetarum. Nam secundum auctorem de Theorica communi auges dicuntur moveri versus orientem 1 gradibus in 900 annis et tantum in occidentem in 900 annis. Iterum moveri dicuntur ab Albategni in 60 annis et 2 mensibus gradu uno semper versus orientem. Alfraganus autem narrat eas moveri in 100 annis gradu uno semper versus orientem. De aliis quoque motibus huiusmodi sunt difficultates, sicut patet in theorica predicta planetarum. Sed augmentat difficultatem adhuc mentio huius quorundam opinio qui ponunt duos motus secundum motum stellati celi, videlicet per descensum polorum circuli vel per motum capitis Arietis et Libre celi stellati in parvo circulo nono, quoque inde motu capita Capricorni et Cancri moventur precedendo et regrediendo in superficie ecliptice zodiaci inmobilis, nunc ad orientem nunc ad occidentem, sicut patet ex ymagine Thebit, qui super opera Ptholomei addidit in hac parte nixus sententias Indorum. Dicitur enim assignari motus nonus spere. Et in hoc Arzachel in tabulis et canonibus concordat, et Albumazar in libro coniunctionum, et omnes astronomi sic modo utuntur. Et sic ponunt augem solis precedendo et regrediendo moveri, et ita non excedit a geminorum signo, propter quod non vadit in contrarium terre, ut oppositum augis aliquando contingat terras habitabiles, quia tunc fierent inhabitabiles, quod eis videtur absurdum. Ex quibus omnibus manifestum est quanta sit difficultas de motu solis et eius anno, et quod diversa et adversa sit opinionum varietas in hac parte. Unde patet illorum error qui presumunt almanach seu kalendarium perfectum et perpetuum componere de omnibus motibus planetarum. Unde ex hiis concluditur et confunditur alius error peior priore, videlicet quorundam superstitiosorum qui per astronomiam de iudiciis presumunt non solum generaliter sed particulariter et distincte precognoscere atque predicere eventus contingentium futurorum. Nam cum in astrologia de motibus tot et tante difficultates sint et incertitudines, ut predictum est, necessario oportet quod in astronomia de iudiciis incertitudines plures sint et maiores, cum hec ex illa dependeat et ultra eam multa dicta presupponat que magis videntur voluntarie dicta quam ratione probata. Sed quia ab antiquis sunt dicta et scripta

sola fragili auctoritate et historiaca nar-
racione credimus ideo videtur esse huma-
na superbia et hingdi coniecturis velle
pertingere ad certam scientiam contingencium
futurorum unde certam scienciam deus si-
bi soli credit reservasse saltem de
aliquorum futurorum non ideo quia deus huma-
ne sciencie invideat sicut mentitus est hesio-
dus qui propter hoc deos invidos appellat
Cui alter poeta contradicit Non invidia magis
hec nec enim licitum phas est aut nocuisse
deos Et plato dicit Ab optimo deo lon-
ge invidia remota est Et boecius forma
boni livore carens Non igitur invidia
sed benivolencia prudencia sua voluit
deus hanc scientiam hominibus multis diffi-
cultatibus abscondere ne humanis mentibus
ad eam perfecte posse attingere presumant He-
luis ergo fuit ut de rebus tam excellentibus
aliquid ab hominibus esset scitum et semper
restaret ignotum et ulterius inquirendum
quod quadam perpetuata dulcedine genero-
sos animos a terrenis abduceret et excitato
desiderio in celestium consideracionum venali
exercicio occupatos teneret Et etiam ex con-
sideracione celestis operis in consideracionem sui
opificis elevaret Quod ipse concedat qui
in celis vivit et regnat per infinita secu-
la seculorum Amen

Finit tractatus de legibus et sectis

Sequens tractatus de con-
cordia theologie et astro-
nomie vigintiloquium
potest dici quia viginti verba
sive capitula continet ut patet
in divisione sequenti et
prologo tractatus Quia secundum philosophum Omne
verum omni vero consonat necesse est veram
astronomie scienciam sacre theologie con-
cordare Veram astronomie scientiam quidam
falsi nominis astrologi per varios errores
ei admixtos diffamaverunt et eam in prin-
cipio nascentis ecclesie sacris theologis suspec-
tam et quodammodo odiosam reddiderunt
Prefati errores non solum a sacris theo-
logis sed etiam a veris astronomis fuerunt
reprobati Reiectis erroribus prenotatis aliis-
que collateralibus et connexis postquam cre-
vit ecclesia et fides katholica firmiter fun-
data est utile videtur theologos astrono-
miam astrologiam studiosius indagare
et inter varias utilitates una esset theolo-
gicas propheciis quibus astronomica indicia
possunt convenienter aptari aliqua expedit
exempla particulariter annotari De an-
nis ab origine mundi nobis volentibus
perscrutari distinctionem De varia anni accep-
cione expedit premittere premissam anni varie-
tatem variamque distinctionem oportet ad uni-
formem et completam anni solaris quanti-
tatem reducere et in hoc theologicam veri-
tatem et astronomicam concordare Ex pre-
missa anni varietate variaque accepcione non
procedit apparens dissonancia seu contrarie-
tas in hebreorum et septuaginta interpretum
sentenciis seu in christianorum historiographorum
cronicis super computacione annorum a mundi
origine Ad explicandam dissonanciam
opinionum variarum in computacione annorum
a mundi origine distinctionem etatum mundi con-
venit prenotare Dissonancia opinionum
de annis mundi usque ad christum expedit re-
citare De annis mundi utile est computa-
cionem hebraicam annotare Ad annorum mundi
computacionem expedit astronomicam considera-
cionem adaptare Ad annorum mundi com-
putacionem volentibus magnarum tempora
coniunctionum adaptare opus est coniunc-
tionum differenciam precognoscere Magnarum
coniunctionum significaciones hic convenientes
est breviter explicare Magnarum coniunctionum
que fuerunt a diluvii tempore possumus nu-
merum a posteriori veraciter calculare Per
predictarum coniunctionum maiorum calculacionem
a posteriori non possumus annorum ab origine

mundi certitudinaliter verificare. Unde circa hoc
opinionum dissonantiam concordare dif-
ficile videtur difficile magnarum coniunc-
tionum calculationes a priori ad annos mundi
certitudinaliter applicare. Occasione difficul-
tatis premisse utile videtur de creatione lumi-
narium et eorum primeva dispositione opinionem
theologorum et astronomorum distincte presup-
posita communi tam theologorum quam astro-
nomorum opinione quod mundus creatus est
in equinoctio vernali sole existente sub Ariete
Ex hoc quantum primorum aliorum planetarum
dispositionem quam vocant figuram seu
faciem celi possumus describere. Supposita
premissa figura celi per eam a priori pos-
sumus primam coniunctionem maximam con-
signare. Et a posteriori per tabulas astro-
nomicas per aliam coniunctionem similem inve-
nire. Et ex eis per aliarum huiusmodi coniunc-
tionum calculationes legitimam verum numerum an-
norum mundi seclusa opinionum variarum
dissonantia certitudinaliter concludere.

De concordia theologie et astronomie
vel veritatis aliquid scribere in
utraque perito transmisse michi
libri occasionaliter induxe-
runt in quibus primo se non prorsus conten-
tum esse dicebat scientie maioris dig-
nitate notatis et theologie appellatione
Astronomiam quam philosophiam naturalem theolo-
giam naturalem vocat timore non ple-
nius amplecti. In quo labor utilis videtur
si superior theologia pro futuris ingruen-
dis prestiterit et naturalis de inferio-
ribus doctrina competenter ministerium vali-
dare. Astronomie iudiciis accedentibus
ad dictamina prophetiarum magnarum coniunc-
tionum significationes prophetiarum temporibus
applicando. Denique se asserebat admi-
rari nos fideles ex Hebreorum et septua-
ginta interpretum sententiis apparen-
ter dissonantibus tot in lege nova contrarie-
tates indeterminatas reliquisse. Ubi inter
alia certe mirum quod ab Adam usque Christum
annorum millenaria historiographi varie
describunt ut patet Methodius que de
magnitudine numerorum excusant aliqui
4228 posuisse videantur. Euzebius
Cezariensis 6000 Beda vero minus minori
4199. Que diversitas utique in certo in-
cis descriptiones magnarum tempora coniunctionum
in signandis scripturis suis veridice
supposuissent. Horum igitur occasione du-
biorum aliqua verba breviter explica-
bo. Utrum secundum philosophum omne unde
omne vero conservat. Necesse

...tc 1esum dno et ... ualia quaeque tot an-
nis ab Adam ... factum

Phenum

varii astronomie scientiam sacre theologie
concordare. Nunquid enim esset eidem tamquam
domine ancilla debeat pre ceteris sci-
entiis subservire. Nunquam vero est. Omnia
teste apostolo invisibilia dei a creatura mun-
di per ea que facta sunt intellecta con-
spiciuntur, sempiterna quoque eius virtus
et divinitas. Sed inter omnes creaturas vi-
sibiles celestia corpora de quibus multa
oriri possent impedimenta. Et ideo theologia
non patitur certitudinaliter scientia astronomica
seu alia scientia humana sed solum reve-
latione divina. Unde si de talibus sunt aliqua
theologice prophetie non patitur eis optari
iudicia astronomica aliquo modo certitudi-
naliter. Sed quando quod celi coniectura magnum
tamen ut dictum est constellatio aliqualiter
disponit et inclinat humanam volunta-
tem, tamen maxime obediunt homines
brutales qui malis inclinationibus
non resistunt per virtutes. Predictis autem
tribus generibus futurorum eventuum que
fiunt secundum cursum nature potest addi quartum ge-
nus eorum que eveniunt miraculose a sola
divina virtute. Que licet habeat causam
determinatam et infallibilem scilicet divinam
voluntatem tamen quia illa est nobis
penitus ignota nisi per divinam revela-
tionem, ideo prophetiis que sunt de talibus
futuris astronomicas considerationes
adaptare est omnino vane superstitionis et
superstitiose vanitatis cum talia excedat
omnem naturam et naturalis rationis.

Quartum genus futurorum

Quod diluvium habuit causam natura-
lem prognosticantem

Et theologicis prophetiis quibus
astronomica iudicia possunt
convenienter aptari aliquando
expedit exemplariter annotari
et propter duo sufficiat exemplificando
Unum de veteri, aliud de novo testamen-
to. Primum de generalis diluvii prognosticatione,
secundum de nativitate Christi figuratione. De pri-
mo exemplo tetigi in predicto tractatu
de legibus et sectis ubi allegavi Guil-
helmum parisiensem libro de universo qui
tractans de caracteribus celi de quibus
scripsit Moyses loquens de diluvio
exponit quod per eas intelligit prophetia illas
partes aquarum quales sunt signa aquatica
ut Cancer, Pisces et Scorpio, similiter
pliades et orion, de planetis vero Mars
venus et luna. Unde concludit quod ca-
racteres huiusmodi tunc intelliguntur a parte
tantum cause huiusmodi ad istas operationes
pluviarum in tantum creatoris ... sunt
et etiam confortate. Et ideo licet Noe

illud diluuii prognosticum pronunciauerit
propheticum Tamen probabile videtur
quod aliqua constellacio astronomica illum
effectum presignauit et ipsius aliqualiter
parcialis causa fuerit Ad quod eciam
concurrere potuit aliqua coniunctio magna
maior vel maxima que huiusmodi di-
luuium antecessit vt inferius patebit
Vt apparet probabile quod aliqua con-
stellacio illud futurum diluuium presignat
quoniam quod arcus celestis signum sit diluuium
consimile diluuium non amplius esse
venturum sicut in Genesi scribitur Arcum
meum ponam in nubibus celi et erit signum
federis inter me et terram Cumque obduxero
nubibus celum apparebit arcus meus et
recordabor federis mei quod pepigi vo-
biscum quod non erunt aque diluuii vltra ad
vniuersam carnem Vbi dicit magister histo-
riarum quod Noe quia maxime timebat
ne aque diluuii super terram iterum inun-
darent quotidie orabat ne hoc fieret
Et ut Josephus refert Pepigit fedus
dominus quod vltra non fieret diluuium et in signum
federis huiusmodi posuit arcum suum in nubibus
Et est signum duorum iudiciorum scilicet per aquam
preteriti ne timeatur et futuri per ignem vt
expectetur unde est quod duos habet colores
Ceruleum qui aqueus est et est exterior
quia preteriit aqua et rubeum qui est
igneus et est interior quia futurus est
ignis Et inde subdit Et tradunt sancti quod
quadraginta ante iudicium annis non
videbitur arcus quod est naturaliter ostendit
desiccacionem aeris iam inceptam Ex quo
iterum patet quod sicut hoc naturale signum potest
diluuium ignis presignare sic ita celestis con-
stellacio naturalis potuit aque diluuium pre-
signare Quod autem dictum est de arcu
federis respectu exclusionis diluuii intel-
ligendum est de diluuio generali quod no-
tant verba diuine scripture Non erunt
inquit vltra aque diluuii ad delendam
vniuersam carnem Nam postea plures
factum est diluuium particulare vt in Thi-
meo platonis et alibi de quo Isido-
rus tredecimo Ethimologiarum in fine
Premisse vero sunt theologice preter quem
erit applicari illa conclusio proposita
que dicit videm cathaclismus concludere
sed applicacionem dimitto ne in primo
exemplo prosequendo prolixius existam
De secundo autem exemplo aliqualiter
tetigi in pallegato tractatu Et adhuc sine
temeraria assercione sed cum humili re-

uerencia dico quod licet Christi incarnacio
et natiuitas licet in multis fuit mira-
culosa et supernaturalis tamen eciam quo
ad multa habuit operi deifico concepcionis
et natiuitatis natura tamquam famula domino suo
creatori subseruiens diuine omnipotencie
cooperari potuit et in hiis per celi et astrorum
virtutem concurrere cum virtute naturali virginis
matris eius Et ideo videtur racioni naturali
consonum nec christiane legi dissonum in
hiis per tali astronomie veritatem theo-
logicam concordare Quam ideo expediens
esse credendum consideracione illarum coniunctionum
maiorem et fere maximam que fuit
ducentesimo quadragesimo anno Au-
gusti cesaris quam dixerunt astrono-
mi significare super legem mercurialem
futuram et vidistis motus saturni et iouis
ad tempus illud et inuenimus eos esse
coniunctos per medios cursus suos ante na-
tiuitatem christi per sex annos quinque dies et
tres horas Et fuit illa coniunctio in
Thauro et si fuisset propinquior capiti
arietis fuisset maxima vt dixerunt pe-
riti astronomi sicut in dicto tractatu ple-
nius notatum est Deinde attende quomodo
signant natiuitatem christi Que post ipsos
sex annos fuit videlicet 42 anno dicti Au-
gusti cesaris die tunc 24 mensis De-
cembris mundo anno currente per diuinum
hoc est in secundo anno cicli decemnouena-
lis et in 21 cicli solaris secundum computistas
quod tamen habitum est non ex presci-
encia vel relacione sed ex tabularum compo-
sicione a posteriori in anno incarnacionis reperien-
do hora vero dicte natiuitatis fuit circa me-
diam noctem secundum vsum ecclesie Cumque
facta verificacio est sumpta ex media coniunc-
cione solis et lune in Marcio precedente
12 die completa ad meridiem illud vbi
puer natus est nobis vt patet per tabulas
de medys coniunctionibus ordinatas per
quas concordat astronomi antiquas ex-
periencias et modernas Vnde ex predictis
videtur posse concludi quod illius benedicte
natiuitatis ascendens erat tercius gradus libre
Cuius figuram periciores describere peritis
astronomis relinquo In premissis autem
hic modo notatur considerandum est quod quamquam
inuenta fuerit huius sancte natiuitatis signa
dei sapiencia humanitati christi incorporata
et vnita bonitatem constellacionis augere
potuit in melius ipsius que dispositionem in
malum penitus suspendere maxime quod
stelle et planete sunt naturaliter bone sunt
ita quantum in eis est bona intendunt

et efficiunt ne ad mala declinat de se s
solum depacant p ineptitudine z inabili
tatem suscipient sic in dicto tractatu ple
nius expressum est Ex his ergo que dixi circa
duo exempla premissa sat innotescit
que conformiter possent dici circa plura alia
que in lege hebraica et in lege xpiana
reperiuntur ex omnibus etiam supradictis sat e
patet responsio ad primum dubium principale
in principio huius operis propositum et ex dicendis
patebit modo ad secundum **De origine anni**

Et annus ab origine nobis vol
tibus pertractare distinctiones de varia
anni acceptione expedit premittere
Nam secundum ysidorum in 4to ethymo a24
triplex distinguitur annus lunaris 30
dierum Alius solsticialis vel solaris 12 con
tinens menses Alius magnus omnibus
planetis in eundem locum currentibus
Quod fit post annos solsticiales plu
rimos Et de isto magno dixi in tractatu de
legibus et sectis quare de ipso loqui non
est presentis propositi De anno vero lunari
licet quoque sumatur pro vna lunacione que e
29 dierum et 31 ... diei cum aliquibus minori
bus fractionibus sic dixi in tractatu de cor
rectione kalendarii Et communiter capitur
annus lunaris pro 12 talibus lunacionibus
que vocantur menses lunares hic
ergo annus lunaris minor est anno so
lari 11 diebus Ex quibus existentibus
pluries replicatis colligitur vna lu
nacio Et sic constituitur annus luna
ris embolismalis siue excrescens 13
lunacionis excrescens
gentes hebrei vero et arabes vtuntur
anno lunari 12 mensium licet diuersimode
de ordine et de suos menses et varie
suas diuidat fractiones sic notaui in tracta
tu de vero ciclo lunari secundum arabes De
anno autem solari varie sunt opiniones
de quibus vt ad concordiam reducantur
Sciendum est quod scientia de racione anni prius
fuit ad hebreos caldeos et grecos et
nunquam plene transiuit ad latinos Ro
mulus primus Rome vrbis fundator
decem menses in anno constituit inci
piens a Marcio De quo Ouidius in i
libro de fastis ait Tempora disponeret cum
conditor orbis in anno constituit me
ses bis quoque esse suos suo anni racioz
assignat quod sat est vtere mris diez
pdeat insinus hoc anno statuit tpis

esse sat aliam quam racionem assignat
Ouidius Et de nominibus mensium diffuse
prosequitur quibus non insisto quia sunt
extra propositum Postea vero Numa Pompi
lius qui successit Romulo huius arte
promotor decem mensibus duos ad
didit videlicet Januarium z februarium vnde
ibidem dicit Ouidius At numa nec
Janum nec auitas preterit vmbras
mensibus antiquis imposuit que duos
Annus ergo Romuli constabat ex 300
diebus et quibus mense ex 30 diebus
Annus vero Nume eidem ex 354 di
ebus Sed Julius cesar in astronomia
edoctus sicut notat lucanus cum quosdam
astronomos in egipto qui de quantitate
anni solaris disputant Et ordinem
kalendarii sicut suo tempore fieri potuit sta
biliuit Et cum vidit solem non posse
facere cursum suum in anno Nume ei
adiunxit 11 dies et sic constituit annum
ex 365 diebus integris quibus adiungi
sex hore que in 4or annis diem faci
unt bisextilem hanc tamen quantitatem diei
constantem ex sex horis non ponunt astrono
mi esse integram sed minorem de sexta
parte vnius hore z modico plus vt de
claraui in principio dicti tractatus de cor
rectione kalendarii et magis in fine de
tractatus de legibus z sectis vbi sat
ostendi quod precisa quantitas anni nondum
est certificata Et dicunt aliqui periti
astronomi quod nunquam est prorsus equalis
sed modica differencia que ad presens propositum
pro nichilo habetur De inicio vero anni so
laris sciendum est quod sicut Numa sic
postea Romani annum suum inceperunt
a solsticio hyemali quod tunc in principio
Januarii quia tunc sol incipit ascendere
Romulus autem et hebrei incipiunt an
num ab equinoctio vernali videlicet in Mar
cio quia in eo mundus factus fuisse dicitur
Arabes autem incipiunt in solsticio estiua
li quia dicunt quod sol factus est in illo
mense Egipcii vero incipiunt ab equinoc
tio autumpni videlicet a septembri in quo auc
toritate Genesis produxit herbam vire
tem z fructum facientem iuxta genus suum
Autumpnus autem est Astronomia considerat
sua magnitudine siorum ex motum z influ
encam mira vaue te variaz virtute
in dei cognicoim z admiracoim maxime
nos inducunt ppt quod merito ait psta

celi enarrat gloria dei et opera manuum
eius annunciat firmamentum Et ideo astro-
nomia non incongrue naturalis theologia
nominatur quia sicut superior theologia ad
dei cognitionem per supernaturalem fidem inducit
Sic ista tamen inferior ancilla eius subser-
viens ad divine cognitionis introductionem
per naturalem rationem manuducit **Quare
astronomia pluribus est suspecta**

Etiam astronomiam scientiam quidam
falsi nominis astrologi per varios
errores et adiunctos diffamaverunt
Et eam in principio nascentis ecclesie sanctis
theologis suspectam et quodammodo odio-
sam reddiderunt Quod non mirandum si tunc
in utilioribus occupati huius scientie terminos ma-
gis amplecti noluerunt propter predictos errores tres
precipue notandos Primus est eorum qui ex astris
omnia futura necessitate fatali evenire consere-
runt Secundus eorum qui astronomicis
libris plures superstitiones execrabiles
artis magice inseruerunt Tercius eorum qui
terminos astronomice potestatis respectu liberi
arbitrii et quarundam rerum que soli sub-
sunt divine ac supernaturali potestati superbe et
superstitiose excesserunt **Cause predictorum**

Prefati errores non solum a sa-
cris theologis sed etiam a veris
astronomis et philosophis fuerunt re-
probati Contra primum errorem Augustinus 5to de
civitate dei describens fatum secundum extima-
tionem illorum qui vocant fatum omnem positio-
nem siderum et constellationum secundum quam omnia
in hiis inferioribus necessario eveniunt sic diffi-
nit quod fatum nichil sit Et hec ipse et alii doc-
tores theologi sufficienter probant a quibus
non discordat peritissimus astronomorum
Ptholomeus qui ait quod vir prudens
dominatur astris Concordant igitur theo-
logia et astronomia Quod astrorum constel-
laciones varia inferioribus ad varios effectus
et in hominibus ad varios mores dispo-
nunt et inclinant non quidem dispositione simpliciter
necessaria et sufficiente sed remota et contingen-
ti unde illos mathematicos qui de necessitate bonorum homi-
num alias facta intelligunt reprehendit Gre-
gorius Omelia ... dicit ipse quod si quis
sub Sagittario nascitur piscatoris mi-
sterium (officium) peraget cum tamen alibi aliqui
sub hoc signo aliquem nasci contingit
ubi piscator omnino non esset Cum
etiam dicunt quod qui sub signo libre nas-
cuntur trapezete futuri sunt in multis tamen
locis sub libra multi nascuntur ubi tra-
pezete penitus ignorantur Huiusmodi ergo astro-
nomorum dicta intelligenda sunt secundum incli-

Et racio pro
Astronomis op-
tima ... ma-
lo prohibere pote-
rit quod ex stellis
ventur est quia
... pro
eorum ... quod ...
de parentis a ca-
su et fortuna ...
...

nationem et dispositionem contingentem non secundum
absolutam necessitatem Contra secundum errorem
multi periti astronomi a suis libris ma-
gicam tamen artem execrabilem et abho-
minabilem exclusserunt sicut se facturum
Leupoldus in suis operis exordio protestatur
Dominus Albertus magnus perutilem etiam
tractatum edidit in quo et astronomie
et artis magice libros per eorum principia
et fines distinxit ut astronomicam veri-
tatem et magicam vanitatem ab invicem
sequestraret Contra tercium errorem tractatum
composui quem de legibus et sectis inti-
tulavi contra superstitiosos astronomos qui
legibus astrorum etiam divinam subesse con-
cedunt Cui pro complemento hoc opus-
culum super legem addo Ad hunc autem plurimum
attendere videntur qui generaliter dictamina
prophetiarum divinarum ad superiorem theologiam
pertinet astronomica inquisitione validare
magnarum coniunctionum significationes a-
liaque eius iudicia astronomica eis ap-
plicando conantur Cum huiusmodi prophetie di-
vine plurima sint de hiis futuris que vim
nature et naturalis rationis investigationem exce-
dunt sicut prophetia quod Christus nasciturus erat
de virgine Quod futurus erat deus homo quod
iudicaturus erat vivos et mortuos etc
De similibus De aliis autem que non ex-
cedunt vim nature fortassis non esset inuti-
le theologiam cum astronomia concordare
supernaturalem inspiracionem per naturalem investi-
gationem confirmando prout aliqualiter tetigi
in prememorato tractatu Sed hoc sequencia
latius declarabunt **Capitulum**

Electis erroribus prenotatis aliisque
collateralibus et connexis postquam
creverit ecclesia et fides catholica
firmiter fundata est utile videtur theo-
logos astrologiam studiosius indagare
et inter varias utilitates una esset theo-
logicas prophetias astronomica iudicia respectu
quorundam eventuum acceptare Cuius rei
gratia tria eventuum futurorum genera ex-
pedit distinguere Nam quedam sunt fu-
tura que habent causam determinatam et
infallibilem ut sunt aliqua que attendun-
tur motu celestium corporum in quibus est
determinatio et omnis impedimenti remotio
sicut coniunctiones planetarum et certi aspectus ad invicem et eclipses et similia
et de hiis non est theologica prophetia sed
certa et evidens scientia astronomica Quedam
vero sunt que habent causam determinatam
sed fallibilem sicut illa que fiunt secundum infe-
riorem naturam que ideo habent causam
determinatam quia intencio nature movet
determinate ad unum Et ideo fallibilem quia

Causa quare
doctores ...
hi astrologiam
odiosam et ...
pertam plu...

Futurorum triplex
est distinctio

multiplex pt in[ter]cer[e] impedimentum vt
si ager sit bene seminatus et terra bona et
bene disposita et conveniens dispositio ce
lestium corporum affert bonum fructum Et ista
pt astronomus aliquo modo scire non tamen
ita certitudinaliter sicut predicta Vnde pater de singulis
futuris eventibus esse aliquem divinum prophe
cie quamvis applicari possit astronomicorum
iudicio[rum] correctiuncula sicut exemplum posset
poni de prophecia Ioseph super futuram sterili
tatem Alia vero sunt que habent causam inde
terminatam et fallibilem sicut sunt ea que
procedunt libere a voluntate humana que
indeterminata est quia est ad opposita et est fal
libilis quod etiam si velint aliquid perficere tempore
fructuoso ideo in esse debuit anni principium
sed non obstantibus premissis de anni quantitate
et eius inicio multe naciones longe aliud v
tuntur anno Vnde Augustinus 14 de civitate dei
narrat quod apud plures scriptores plerosque
scriptores historiarum reperit Egipcios ha
buisse annum quatuor mensium Acarnanas
16 mensium Labinos 13 mensium et subdit
quod plinius scidus ad commemorasset relatum
fuisse in licteris aliquem vixisse 142 annos
alios decem amplius alios 200 annorum
habuisse vitam alios 300 quosdam ad 400
alios ad 600 Nonnullos ad 800 etiam perve
nisse hec omnia in scienciam temporum accidisse
arbitratus est Alii quippe inquit estate
determinant annum et alii hyeme Alii quadri
partitis temporibus sicut Archades quorum a
ni trimenstres fuerunt Adiecit etiam a
liquos Egipcios quorum parvos annos quat
tuor mensium supra diximus lune sive luna
tassie annum stacque apud eos inquit et
singula milia annorum vixisse perdunt
De hac vero etiam paruitate annorum loquitur
Solinus in principio libri sui de mirabilibus
mundi sicut allegavi in tractatu de ymagine
mundi in capitulo de insula tarpeba
na Vbi per hanc annorum paruitatem nescitur
sit quodam ordine solum historiarum nar
racionem ad nostre fidei veritatem de mundi
duracione instruxit beatus Augustinus ibidem reca
tat et reprobat quorundam opinionem qui
prime etatis homines tot annis vixisse
credunt sicut sacra scriptura commemorat Sed
ad hec salvandum putant aliud annos illis
temporibus computatos id est tante brevitatis
vt annus vnus modo decem illorum habuisse
se credatur Quapropter inquiunt cum audierit
quispiam vel legerit nongentos annos quosdam
quandoque vixisse debet intelligere nonaginta sic
go annus minimus quales decem faciunt
vnum nostrum 30 habet dies Expressius itaque

pater quod diversa et adversa sunt de quanti
tate anni opinio **De anno solari**

Remissam anni veritate variaque
distinctionem oportet ad uniforme
mem et completam anni solaris
quantitatem reducere Et in hac theologicam
veritatem et astronomicam concordare
Nam cum motus solis sit nobis metrum et
mensura aliorum motuum celestium racione
qualitercumque computentur anni apud varias
gencium naciones quod eorum anni reducantur
ad mensuram anni solaris completi
et perfecti idest circuitus solis ab equinoc
tiali in idem equinoctium vel ab vno
solsticio in idem solsticium Et ideo Augustinus
allegato libro 14 de civitate dei contra
dictam opinionem de paruitate annorum
prime etatis ita concludit Proinde vero modo
hic error qui conectitur falsum ita volunt
astruere scripturarum nostrarum fidem Vt alibi
destruat Et subdit prius et tanto
tunc dies fuit quantus et nunc est
quem 24 hore diurno circulo noctuque
determinant tantus mensis quantus et nunc
est qui in luna cepta et finita concludit
et hunc mensem lunarem ponit Augustinus
30 dierum Vnde videtur quod computacio sacre
scripture non per menses solares latinorum
sed per menses lunares hebreorum dicitur agi
tamen concordat computacioni astronomica
tabularum Postea magis ad propositum sub
iungit Tantus tunc fuit annus quantus et
nunc est quem 13 menses lunares additis
propter cursum solarem 11 diebus et quadrante
idest quarta parte diei consummant
Et hinc veritati theologice concordat an
tiquorum astronomorum tradicio Nam
predictam anni solaris quantitatem docuit
Abrachis qui fuit antiquissimus astro
nomus hebreorum Concordat etiam tabularum
azarchahele canones et alfonsi qui
docent annos persarum et hebreorum et ara
bum ad predictam anni quantitatem reducere
Et si annus noster ad hoc esset rectificatus
qui non plene illam quartam partem diei
continet vt dictum est posterior fieret co
pulacio subtilitate subtrahendi et additi
addendi Sed nostri non est principium pt
intendendum quod astronomia predicte theologice
veritati concordat de longevitate anti
quorum Nam vt docet Albumasar
Astronomi posuerunt varios annos sci
dicitur variorum planetarum qui habent respectum
ad longevitatem anni nati vel maiores

maiores et minores. Exemplum gratia maxi
mi fridarici saturni sunt 264 iovis 221
Martis 284 Veneris 1141 Mercurii
280 Solis 1461 et lune 520 Ad istos
autem annos nullus pervenit tempore nostro cum
ficticia et sine fundamento eos posuissent
astronomi nisi ad eos quousque aliquis per
venisset In quo tamen mirum videtur quod tot
annis attribuunt Solis cum libro predicto di
cat Augustinus quod cum plures ad 900 annos
transierunt Nemo tamen ad mille pervenit
Sed esse potuit quod aliqui pervenerint quos
scriptura sacra minime commemorat Ut idem Au
gustinus ibidem ait Non omnes homines qui tunc
esse potuerunt scripture sacre huius historie
necesse habuisse nominare sed eos solos
quos operis suscepti non postulabat videlicet
eos a quibus per successiones etatum gra
dimur ex uno homine propagatorum pervenire
ad Abraham Ac deinde ex eius semine
ad populum dei et ad cuntis ceteris eius ...
Regem et conditorem christum sanctum Vero ad id
quod propositum est de annis fridaricis
videamus Anni ergo maiores saturni sunt
41 iovis 69 Martis 41 Solis 126
Veneris 82 Mercurii 16 lune 108
Anni vero medii saturni sunt 42 cum
dimidio iovis 44 cum dimidio Marti
40 cum dimidio Solis 69 cum di
midio Veneris 44 Mercurii 28 lune
16 cum dimidio vel secundum quosdam
39 cum dimidio Anni autem minores
saturni sunt 30 iovis 12 Martis 14
Solis 19 Veneris 8 Mercurii 20
lune 24 De hiis ergo annis fridaricis
dicunt Astronomi quod si minores aliqui
transierunt ad medios pervenire potere
Sed medios transactos aliqui licet pauci
ad maiores annos pervenire sed postea
declinare Que sunt astronomica
theologice veritati concordat quia libro
allegato idem Augustinus ita concludit
tam magnos inquit annos vixerunt
illi antiqui usque amplius quam 900
quintos postea vixit Abraham 170
et post filius eius filius ysaac 180
et filius eius Jacob prope 140 et nunc
vivunt homines 70 vel 80 vel non mul
to amplius de quibus dictum est et
amplius labor et dolor Ad confir
mationem autem sacre historie de longe
vitate antiquorum ibidem allegat
Augustinus testimonia de magnitudine

corporis que longe ampliora tunc fue
runt quam nunc sunt ubi inducit Vir
gilium autem terre que significavit maiora
tunc corpora producere solere tunc tellure
inducit etiam experientiam de ossibus
gigantum que in modum plurium aliorum
excesserunt sicut ipse se vidisse testatur
inducit preterea plinium secundum dicentem
quanto magis magisque preterit seculum
tantum minora corpora naturam
ferre quod etiam homerum poetam no
tasse commemorat postea dicit subdit
quod idem plinius esse adhuc gentem ubi
ducentos annos vivunt unde concludit
Si humanarum vitarum diuturnitates
quas experti non sumus hodie habere cre
duntur incognita nobis loca tunc non
habuisse etiam credantur tempora An
vero credibile alicubi esse quod hic non
est et incredibile est aliquando fuisse
quod nunc non est Sed de hiis ista suffi
ciant ut id quod propositum exequatur

De varia computatione annorum ab origine mundi

Ex predicta anni varietate
variaque acceptione non procedit
apparens dissonancia seu contra
rietas inter hebreorum et septuaginta
interpretum sentencias seu etiam christianorum
historiographorum ... super compu
tatione annorum ab origine mundi Hoc
manifeste sequitur ex premissis quia
licet hebrei computant annis lunari
bus et latini solaribus tamen lunares
anni ad solares reducuntur ut dic
tum est nec illorum annorum differentia
posset annorum dissonanciam que in
annorum computatione notatur efficere sicut
ex dicendis infertur cum diligenter con
sideratur clarius apparebit De dissonan
cia vero hebreorum et septuaginta interpre
tum de qua tactum est non intendo super hoc
prosequi sed solum contentari in verbo Au
gustini qui libro 14 preallegato ita con
cludit Illa inquit numerorum varietas
que inter codices hebreorum invenitur
et nostros neque de hac antiquorum lon
gevitate dissentit Et si quid habet
ita diversum ut verum esse utrumque
non possit rerum gestarum fides ab illa sunt
ne repetenda est ex qua interpre
tatum est quod habemus quem facultas

cu volentibus proposito sit Non tamen vocat quod
septuaginta interpretes in pluribus
que diversa dicere videntur ex hebreis co-
dicibus emendare ausus est nemo Non
enim est illa diversitas putata mendositas
nec ego ullo modo putandum existimo Sed
ubi non scriptoris error ad eos divino
sensu ubi sensus esset consentaneus veri-
tati non interpretantium munere sed prophe-
tantium libertate aliud dicere voluisse cre-
dendum est De dissonancia ergo que
inter nostros christianos scriptores reperitur
deinceps solum dicturus sum

Declaratio dictorum

Pro explicanda dissonancia opinio-
num variarum in computacione an-
norum a mundi origine destinc-
cionem etatum mundi convenit prenotare
De his autem in pluribus locis tractavit
Augustinus ut in libro 4° de doctrina
christiana in libro octuaginta questionum
in libro de cathezizandis rudibus et spe-
cialiter in fine 22 libri de civitate dei has e-
tates sex diebus mundane creacionis
adaptans distinxit ut prima etas
tamquam dies unus sit ab Adam usque ad
diluvium Secunda inde usque ad Abra-
ham non equalitate temporis sed nu-
mero generacionum denas usque ad christum subsequitur
adventum que singule denis et quat-
tuor generacionibus explicantur Ab A-
braham usque ad David una altera
a David usque transmigracionem babilonis
tercia inde usque ad christum carnalem nati-
vitatem fuit itaque omnis quindecim
Sexta nunc agitur nullo generacionum numero
metienda propter quod dictum est Non est
vestrum nosse tempora vel momenta que pater
posuit in sua potestate Post hanc inquit in
die septima requiescet deus idest nos
in seipso faciet quiescere Et hec septima
erit sabbatum nostrum cuius finis non erit
vespera De sex predictis etatibus tracta-
verunt Isidorus sexto ethimologiarum
et magister in historia scolastica et fere
omnes catholice ecclesie scriptores quorum
plures eciam annorum quotationes
annotaverunt De quibus inter eos va-
ria opinionum varietas Et quia primi
annorum summatores fuerunt septuagin-
ta interpretes Deinde Josephus Euzebius

Jeronimus Prosper Orosius Beda Isi-
dorus Ideo opinionem eorum hic describe-
re decrevi Septuaginta ergo a mundi
principio usque ad diluvium secundum
magistrum historiarum 2242 annos po-
suerunt Ipse vero Methodius 2000
quamvis tamen per chiliades secula disposuit
nec apponit annos si supersint et ideo vel
certum de numero annorum posuit Jeronimus
autem non plene potuit ponit 2000
Sed Josephus secundum aliquos posuit 2046
secundum tamen aliquos hec littera videtur cor-
rupta inter illos versus Annorum tempus
actus habet ab Adam Josepho teste
fuerunt dum sexcenta millia pone duo
Orosius vero cum concordat Beda ponit
in summa ab Adam usque ad Ninum re-
gem sub quo natus est Abraham
3184 annos Euzebius autem in prefacione
cronice sue quam Jeronimus de greco transtulit
in latinum ita scribit cum divinas scripturas
diligenter revolverem a nativitate Abra-
ham usque ad totius orbis diluvium
inveni retrorsum annos 942 Item
a diluvio usque ad Adam 2242 in
quibus nulla penitus nec greca nec Ara-
bica et ut loquitur inter quos nulla inve-
nitur gentilis historia Ex quo patet quod
Euzebius concordat de annis prime etatis
cum septuaginta interpretibus nisi forte
de annis duobus quos ultra po-
suit magister historiarum nisi supra quod
forte ex vicio scriptoris factum est Patet
insuper quod cum Eusebio concordat tota-
liter Orosius Unde verisimile est quod ipse
suam computacionem a septuaginta interpre-
tibus receperit Jeronimus vero ab hebrai-
ca veritate Unde cum Josephus he-
breus fuit more mundi videtur quod com-
putacionem Jeronimi et omnium aliorum cum habun-
dancia excesserit Ex quibus premissis
igitur manifestum est quod in computacione
annorum prime etatis magna fuit apud
scriptores dissonancia De aliis autem eta-
tibus non tanta Et ideo de ea breviter
causa prolixitatis contentus Isidori compu-
tacionem recitare Ipse namque ab Adam usque
ad Abraham edificatam computat
annos 2242 In quo concordat cum
septuaginta Deinde iungens primam et
secundam etatem ab Adam usque ad
Abraham invenit annos 3284 In quo

concordat Eusebio et cum Orosio Deinde
ab Adam usque ad david tres etates
comprehendens computat 822 l Deinde
quatuor etates usque ad transmigracionem
Babilonis 8619 Deinde usque ad xpm
in quo est finis quinte et principium sexte
etatis 4210 Et hec de mundi etatibus
sufficiant De quibus finaliter id notandum
est quod Euzebius in principio sue cronice
signanter expressit videlicet in hebreis
etiam codicibus dissonantes etatum
annos invenire plusque vel minus p
nt interpretibus visum fuit lectitare se
quendum quia illud pocius quod ex
emplarium multitudo traxit **Conti**
nuatio materie de compu
tacione varia annorum

Dissonanciam annorum opinionum
de annis mundi usque ad xpm
expedit recitare Nam ut in eo
dubio propositum est nostrarum historiarum seu cro
nicarum scriptores eos varie scripserunt
et inter primos accedat illis
Euzebius Cezariensis episcopus tamen ibidem sic
imponit de sex annorum milia posuisse No
tandum est ita quod ex hec manifeste patet
quia ab Abraham et regno Nini a
quo suam cronicam inchoavit procedit
per decadas quas 128 numerat usque ad
Ioshatam regem Deinde per olimpiades
usque ad xpm qui secundum eum quadrage
simo secundo anno imperii augusti
natus est et quindecimo anno Tiberii
predicare cepit est usque ad quod tempus an
nos recolliges ita concludit Compu
tantur inquit in presentem annum idest 14
Tiberii cesaris secundo anno instau
racionis xpi templi que facta est
a beato Dario persarum anni 548 A
Salomone autem et prima edificacione tem
pli anni 1060 A Moyse et egressu israel
de egipto anni 1439 Ab Abraham
et regno Nini 2088 A diluvio an
ni 2980 ab Adam anni 4228 Ex
quibus liquet intentum Sed postea
quod valde notandum subiunxit quod hic
inciderit inserere dignum duxi Ihesus
xpus inquit passus est anno Tiberii
18 quo tempore etiam in aliorum ethnicorum
commentariis hec ad verbum scripta repe
rimus Solis facta defectio Bithinia

terremotu concussa et in urbe Nicea
edes plurime corruerunt Que omnia
hiis congruunt que in xpi passione ac
ciderunt Scribit enim super hiis Flegon
qui olimpiadarum egregius supputa
tor in decimo et tredecimo suo decimo
libro ita inquit olimpiade 202
magna et excellens inter omnes que
ante eam acciderat defectio solis
facta dies hora sexta ita in tenebrosam
noctem versus ut stelle in celo vise sint
terreque motus in Bithinia Nicene ur
bis edes subverteret hoc supradicti
viri hoc supradictus vir argumen
tum autem huius rei quod salvator isto an
no passus sit evangelista Iohannes
qui ait post quindecimum annum Tiberii
cesaris tribus annis dominum predicasse
Iozephus autem Iudaicus inde eorum scriptor
ita hec tempora die penthecostes sacerdotes
primum locorum commotionem et quosdam sonitus
sensisse testatur Deinde ex adito tem
pli repentinam subito erupisse vocem
dicencium transmigremus ex hiis sedibus
Scribit autem supradictus vir quod anno eodem
Pylatus preses sacere noctis cesaris
posuit et statuit Et hec prima turbacionis
et dissensionis iudeis causa extitit hec
Euzebius 202 olimpiade signavit Sed
ut ad id quod propositum est redeamus Ex
premissis patet quod predicta computacio annorum
usque ad tempus predicacionis xpi satis concor
dat cum Orosii computacione usque ad tempus
sue nativitatis Nam ipse ad Augustinum
scribens ita dicit A primo homine usque
ad Ninum magnum ut dicunt regem quando
natus est Abraham fluxerunt an
ni 3184 qui ab omnibus historiographis
vel omissi vel ignorati sunt A Nino aut
et Abraham usque ad cesarem Augustum
idest usque ad nativitatem xpi que fuit
imperii anno 42 quando bello toto orbe ces
savit colliguntur anni 2015 et fuerunt
anni 5199 ab Adam usque ad xpm
secundum Orosium Cum concordat Beda Sed cum
Orosius et Beda ultra quinque milia du
centos ponunt annos minus uno fuerunt
tamen qui ultra 200 posuerunt 23 alii 28 Isidorus
autem quasi mediator inter istos ponit sicut
supradictum est ab Adam usque ad xpm
4210 et ne aliorum computacionem ignorare
videretur ibidem subdit Eusebius ab inicio

Capitulum de varia computacione annorum mundi usque ad xpm

ab mundi vsqz ad natiuitatem xpi secun
dum librum Orosij 4199 vel secundum
alios 4238 Ex quibus pz quod tota dissso
nancia inter predictos catholicos scriptores
de annis ab adam vsqz ad xpm est de
vicesimo nono vel tricesimo annis vel
circa quam videntur faciliter concordari per vnum
modum quem tangit magister historiarum
in fine libri Regum ad determinandum con
trarietates que emergunt de collacione regum
Juda et Israel regum Israel videlicet quod huius
contrarietates et alie possent determinari per
sinodochen hoc est quod illi qui plures
annos ponunt inuenitur partem pro toto Ponen
tes quoqz annos incompletos pro annis
perfectis et completis Cuius secundum est quod
obmittunt annorum fracciones sicut dies
menses quartas et tercias ac medietates
annorum vbi autem esset tanta annorum
differencia quod per hunc vel aliud racionabilem
modum non possent racionabiliter concor
dari sicut idem ait hoc vicio scriptoris acce
dendum est accidisse qui in propriis nominibus
et numeris sepe falluntur Et docuit Au
gustinus quintodecimo de ciuitate dei illa
inquit diuersitas numerorum aliter sic habentium in
codicibus grecis et latinis aliter in he
breis scriptoribus tribuatur error Et postea
subdit quod diuersum aliquid in vtrisqz co
dicibus inuenitur quicquid ad fidem
rerum gestarum vtrumqz esse non potest
verum ei lingwe pocius credatur vnde
in aliam per interpretes facta est translacio hec
igitur de latinis annorum scriptoribus dicta
sufficiant

E annis mundi vtile est com
putacionem hebraicam annotare
hanc computacionem prosecutus est
diffuse Vincencius in speculo historiali
cuius dicta breuiter colligam Anno igitur
600 vite Nohe inundauit aque di
luuij ab inicio mundi 1656 et ibi pri
ma mundi etas terminata est quasi infan
cia obliuioni data Anno vero secunde
etatis 292 mundi vero 1948 genuit
Nachor filium suum Thare in quo termina
tur secunda etas que tamen vsqz ad ortum
Abrahe extenditur vsqz ad annum Tha
re septuagesimum Secunda etas habuit
annos ducentos nonaginta duos Sic ergo
ab inicio mundi vsqz ad ortum Abrahe
fluxerunt anni mille nongenti xlviij°

Abraham autem vsqz ad regnum dauid
fuit tercia etas habens annos duo mi
lia octingentos octuaginta octo ab inicio
mundi in se vero continens annos 940 Da
uid autem primus de tribu Juda regnauit apud
hebreos xl ta annos In cuius regni prin
cipio incepit quarta etas Non vt quidam
dicunt per regum iudeorum inicio ad inchoas
set in Saule sed per innouacionem promissionis
olim patribus facte de xpo et regno xpiano
Quia iurauit dominus dauid veritatem
De fructu ventris tui ponam super sedem
tuam Et habuit hec etas annos 4
84 vsqz ad vltimam capcionem iudeorum
ab Adam vero 3372 sumpsit ab inicio cap
tiuitatis que iuxta propheciam Jeremie
70 annis perseuerauit Etas quinta exordium
habuit que continet annos 400 et cir
ca 90 que ad xpm terminata est ex quibus
omnibus ab Adam vsqz ad xpi natiuitatem
vbi incipit sexta etas colliguntur an
ni 3962 et hoc secundum Vincencium qui vt
asserit ex diuina historia iuxta beati Jeronimi
translacionem annorum numerum computauit verum
tamen vt idem ait ante Abrahe tempora
tam ante diluuium quam post multo plures
anni in edicione septuaginta leguntur
quam in nostra reperiantur Et hoc pz ex
supra allegatis ab Eusebio Orosio Isidoro
qui antiquam translacionem secuti sunt Annorum
computacio predictam hebraicam compu
tacionem excedit annis 1230 Postea vero
subiunxit Vincencius quod si maiorem
illum prosequi voluimus et iuxta librum Judi
cum ab exitu de Egipto vsqz ad edi
ficacionem temporis templi 600 annos numera
uimus et prosequimur in regno Anno regum
Juda xij annos quorum decem tamen apud
hebreos habentur Computatis his omnibus
inuenimus ab inicio mundi vsqz ad na
tiuitatem domini secundum Bedam quem sequitur
ecclesia 4199 annos vnde vero domini tolle
datis ad minus quoqz ducentis Naste
te domino dat Beda per theoplasto Nec
mirandum si hec Bede computacio ab ec
clesia obseruatur quia ymo presupposito
facile est calculare quot tales commiccores
vsqz ad diluuium processerunt Et simi
liter potest calculari illa que sunt ante
diluuium et signari per quot annos a primo
mundi ~~vsqz ad diluuium~~ fuit pa tres

/ mi

coniunctio Et de illorum annorum numero esset
nobis certitudo sed non habemus hora
certam seu radicem illius computacionis
propter dissonanciam opinionum de annis a
principio mundi usque ad diluuium Sed hoc
diligenter aduertendum est Et licet secundum
aliquos astronomos modernos predicta
rum predictorum planetarum coniunctio
superiorum dicatur maxima propter plurium
concurrenciam pluralitatem tamen secundum an
tiquos astronomos coniunctio Saturni
et Iouis in principio Arietis simpliciter
dicitur maxima propter effectuum quos significat
magnitudinem est enim maximarum rerum
significatiua magis quam alia predicta
sic omnes concordant astronomi
Vnde respectu illius maxime in capite
Arietis que fit in 960 annis alie
coniunctiones saturni et Iouis distinguuntur
magne maiores et medie sicut notat
Alkabicius vbi supra Et vt in palle
gato tractatu de legibus et sectis
plenius plenius expressum est Cui hoc
concordat leupoldus qui aliorum asto
nomorum summas compendiose recolli
git Nam in quinto tractatu sui introduc
torii ita scribit Generales et maiores
mundi alteraciones et mutaciones fiunt per
coniunctionem saturni et Iouis in capite Arie
tis in 960 annis et hec secundum eum in superiori
memorato tractatu maxima est in mundo
et significat mutacionem in sectis et in regnis
Secunda est coniunctio eorum in 240
annis secundum mutacionem eorum de vna triplicitate
in aliam que eciam magnam al
teracionem in hoc mundo significat Tercia
est coniunctio saturni et Martis in 30
annis in Cancro vbi est Saturni debi
litas et casus mortis Quarta est
coniunctio saturni et Iouis in 20 annis que
fit duodecies in 240 annis secundum muta
cionem eorundem vna triplicitate in aliam que
eciam magnam alteracionem in mundo significat
Hec ille varys in locis scripsit multaque
alia que ad propositum possent adduci sed
ista pro nunc sufficiant Ex quibus omnibus
colligitur Et valde vtile expediens vi
delicet saturni et Iouis maxima coniunc
cionem in capite Arietis calculare Et
ab ista sicut superius tactum est a priori retror
sum computando precedentes et similes
coniunctiones inuenire quia si eorum tempora no
uimus et ad ea historias applicemus inuenie

pfecto certa temporum magnas et mira
bas mutaciones in hoc mundo euenisse

Ex predictam coniunctionum maiorum
declaracionem calculacionem
a posteriori annos ab origine
mundi certitudinaliter vestigare non certa hoc
opinionum dissonanciam concordare hoc
manifeste patet quia secundum ypatheticos
qui mundum apponunt et apponentes perpetuum opinantur
magnarum coniunctionum inuencio nichil agit
ad mundi etatem inueniendam Secundum vero
eos qui ponunt mundum habuisse principium
et finem etiam habiturum non possunt a
posteriori calculari anni qui fuerunt quia a
principio mundi vsque ad primam coniunctionem
maximam nisi data certa radice pro compu
tacionis fundamento fundamento sicut supra tac
tum est Vtrum autem a posteriori possit prima
coniunctio inueniri et per hoc etas mundi a
suo principio calculari et valeat certificari de
inceps temptare magis quam certitudinaliter
tractare proponimus

Vltimum videtur difficile maiorum
coniunctionum calculacionem a priori
ad annos mundi certitudinaliter ap
plicare Applicacio enim harum coniunctionum
potest adhuc dupliciter considerari Vnus modus
est a posteriori Alius est a priori Primus
procedit ab vltima coniunctione ascendendo
ad precedentes Secundus autem a prima coniunc
cione descendendo ad subsequentes Primus
vero modus est facilior vt predictis patet Secundus
vero difficilior vt ex sequentibus manifestum
est Nam iste modus procedendi presupponit
pro fundamento figuram celi et disposicionem
planetarum que fuit in mundi principio et
inde calculat primam coniunctionem et ex illa ce
teras Sed istud fundamentum est multum
incertum et maxime quia circa hoc magna
na est varietas opinionum Hebrei namque
in equinoctio vernali dicunt mundum factum
esse Arabes vero in Solsticio estiuali
Egipcij autem in equinoctio Autumnali Et
Romani in Solsticio hyemali sicut supe
rius notatum est vbi de anni principio
agebatur Difficile ergo est certitudinaliter scire
que istarum opinionum sit verior Illam tamen
hic prosequar quam Astronomi catholi
ci obseruant et hec est opinio hebreorum

ratione difficultatis premisse
utile videtur de creacione luminarium
et eorum primeva dispositione
opinione theologorum et astronomorum dis-
tinctius. Et ut a capite id est a prima mundi
die sumamus exordium Sciendum est quod
doctores theologi et specialiter Augustinus
de illa luce que prima die facta legitur
et de luminaribus celi que quarta die fac-
ta sunt multas movent questiones quas
Guilhelmus Altissiodorensis in 2a parte
summe sue prosequitur. Longe antiquitus Hebrai-
ca translacio Jeronimi translacio in usu ecclesie ha-
betur non solum Beda et illi historiographi
quos ipse ut dictum est insequitur Sed omnes
catholici doctores tam greci quam latini ante
translacionem septuaginta computacionem annorum
observabant unde illam eciam sequitur Augustinus
xxo de civitate dei ubi ait De sexti mil-
lenarii annorum mundi posteriora spacia
suo tempore volvebat Ubi incident Nondum
est De Augustinus ibidem non assertive ut
quidam crediderunt sed recitative ponit
illam opinionem que dicebat De
primevam creacionem ideo distinxit deus per sex
dies quod significaret quod omnia que per
totum duracionem huius seculi facte disposuerat
in sex annorum millenariis adimplet
hanc siquidem opinionem in pluribus locis
et specialiter ut supra dictum est in fine li-
bri de civitate dei assertive refellit
Aliam quoque in titulo pro sexti illorum videlicet
qui adventum domini ad judicium post sep-
tem milia annorum tamquam septem dies ... sicut
deinde illud tempus tamquam dies octavus
adveniat De talibus autem coniecturis
quid catholice tenendum sit dudum satis
probabiliter explicavi in quodam sermone de
adventu domini super verbo Scitote quoniam prope
est regnum domini sed hiis omissis ad pro-
positum redeamus

De annorum mundi computacione
expedit astronomicam con-
sideracionem adaptare hoc autem vi-
detur fieri posse per tabulas astronomicas
a diluvio citra sed non superius quia de
superioribus annis ut ab Eusebio et Orosio
supra predictum est nulli gentiles historiographi
aliquid tradiderunt quare nec astrono-
mi de illis tabulas ediderunt Sed illos an-
nos ex sola divine historie revelacione
suscepimus Legitur quidem Judei asserere ta-
bulas astronomicas per quas motores

solis et lune calculant Moysen tra-
didisse Dicitur igitur quod a diluvio citra
possunt astronomi annos certificare quia
a radice certa est hora Summi sue
progressionis initium Nam secundum tabulas
Alfonsi differentia diluvii que fuit ad in-
carnacionem Christi quod campserit per annos
3103 vel mensibus 11 et diebus 29 Hii
autem sunt anni persici qui paululum mi-
nores sunt annis Romanis quia per-
sicum annum ex 364 diebus perimissa
quarta diei parte assignare constare quare
manifestum est id initium sui anni in v
tempus parte sicut apud grecos et latinos
post inveniri sed circularit per tempus discurri
spacia eorum quoque menses singuli 30 con-
tinent dies preter octavum qui continet dies
34 Quia ergo predicti anni persici minores
sunt annis Romanis ideo a diluvio
usque ad Christum plures numerantur quam anni
Romani videlicet plus de duobus annis
uno mense et 11 diebus minutis omis-
sis quod patet secundum Alfonsum Et ita
differentia diluvii et regis Alfonsi sunt
anni Romani 2343 menses 3 dies
12 minuta 54 Differentia vero incarnacionis
Christi et regis Alfonsi sunt anni Ro-
mani 1241 menses quinque nichil in
diebus minuta 14 Et subtracto minore
a maiore remanet a diluvio usque
ad Christum anni Romani 3101 menses
decem dies decem minuta 30 Ex quo
patet quod cum Beda ponat ab Adam usque
ad Christum 4199 subtractis inde 2242 an-
nis quos ponit ab Adam usque ad diluvium
remanet secundum Bedam a diluvio usque
ad Christum anni 2941 et sic discordat
a computacione Alfonsi et excedit Al-
fonsus Bedam de annis 162 vel cir-
citer Et adhuc magis discordat ab Alfonso illi
qui vult computacionem Bede ponere 11 an-
nos ut Isidorus vel ut alii 28 vel 29 a
39 sicut ex supradictis patet Cum vero Vi-
centius ponat ab Adam usque ad Christum
secundum computacionem Hebraicam 3963 patet quod
substractis inde annis 1656 quos ponit
pro prima etate usque ad diluvium rema-
net secundum eius computacionem a diluvio
usque ad Christum anni 2301 Et ita discor-
dat a computacione Alfonsi quia dictam
computacionem excedit de annis 794
vel circiter Et dixi circiter propter fracciones
quas hic omitto ex primo unde manifeste patet

Cum computo Bede qui sequitur contra multo magis repugnat computacioni Alfonsi videlicet de annis 6 vel 7 vel circiter quapropter videtur melius esse sequenda quam computacio wormacensis maxime quia faciliter potest concordari cum computacione Alfonsi primo modo supra tacto videlicet per Emodochen quia Beda annos integros sine fractionibus numerat Alfonsus vero annorum fractiones non omittit. Prima vero astronomice consideracionis que motus et coniunctiones octave spere stellarum et planetarum demonstrat in tabulis computacionibus debent ut videtur tenere principatum secundo Alfonsi computacio sequitur in sequentibus consideracionibus que erunt de magnarum coniunctionum temporibus.

De annorum mundi computatoribus volentibus magnarum tempora coniunctionum adaptare capitulum

est coniunctionum durationes prognosticare. Sciendum est igitur Cum secundum aliquorum astronomorum modernorum opinionem duplex est planetarum coniunctio. Una est superior que est trium planetarum superiorum. Et alia est superior inferior que est quatuor planetarum inferiorum. Coniunctio vero superior est quadruplex Maxima maior minor et media. Coniunctio maxima est qua conveniunt tres planete superius Saturnus Iupiter et Mars. Coniunctio maior est Saturni cum Iove. Minor Iovis cum Saturno. Media Saturni cum Marte.

/. Coniunctiones magne sunt destructiones et mutaciones que sunt in hoc mundo inferiori

Magna autem coniunctio est Saturni et Iovis in principio Arietis que fit in 960 annis semel. Et hec secundum Albumazar et antiquos astronomos dicebatur maxima ut notavi in tractatu de legibus et sectis quod patet etiam per Alkabicium differentia quarta sui introductorii ubi dicit Cum maior ex omnibus coniunctionibus est coniunctio Saturni et Iovis in initio uniuscuiusque triplicitatis Et hec fit in ducentis xl-ta annis coniunguntur enim in unaquaque triplicitate duodecies coniunctiones duodecies id est faciunt in unaquaque triplicitate duodecim coniunctiones deinde mutatur coniunctio eorum ad triplicitatem que hanc succedit. Tercia coniunctio est Saturni et Martis in initio Cancri que fit in omnibus triginta annis. Quarta vero coniunctio secundum Alkabicium est Saturni et Iovis in unoquoque signo semel que fit in omnibus 20 annis. Sed quia circa magnas mea versatur intentio de mediis et minoribus coniunctionibus superiorum planetarum de variis quoque tam ipsorum quam inferiorum planetarum coniunctionibus nichil hic amplius dicetur signanter quia illarum multo maiorem requirunt tractatum iuxta doctrinam Ptholomei in centiloquio verbo 51 ubi ait Non obliviscaris centum viginti coniunctionum que sunt in stellis erraticis In illis enim est maior scientia eorum que fiunt in hoc mundo etc. Et ibi Haly illarum coniunctionum durationes breviter annotavit.

Magnarum coniunctionum significaciones hic conveniens est breviter explicare

Nam cum dicit Ptholomeus ubi statim allegatum est quod in illis centum viginti coniunctionibus est maior scientia eorum que fiunt in hoc mundo tunc magnas coniunctiones quas diximus reputavit maioris efficacie fuisse ad maiores mutaciones in hoc seculo faciendas. Nam coniunctiones illorum superiorum planetarum sicut ait Messahalla significant res magnas maximas et maxime mirandas propter tarditatem motus eorum. Et in hoc concordant omnes astronomi quamvis non sunt aliqua istarum coniunctionum sine aliqua magna et mirabili sive nobili mutacione in hoc mundo. Quibus concordat Aristoteles libro de natura et proprietatibus elementorum ubi ait Ubertas et sterilitas per stellarum mutationem in signis diversis super climata septem et mortalitas gentium prelatorum et regna variata fiunt apud coniunctiones stellarum duarum Saturni et Iovis per eorum enim permutationem de triplicitate ad triplicitatem accidunt accidentia magna. Sed in speciali loquendo de coniunctione maxima trium superiorum dicunt astronomi Quod si illam aspexerit sol illa significat novas sectas et regnorum mutaciones et destructiones aliquorum climatum per magna parte et significat prophetiam. Et si isti tres planete coniuncti fuerint in casibus suis significabit siccitatem et sterilitatem nisi sint fortunati ut innuit Albertus in libro de natura et proprietatibus elementorum. Et evenient effectus secundum convenientiam formis eorum. Unde si fuit illa coniunctio in signo igneo significabit tunc sterilitatem Sed in signo aqueo pluviarum multitudinem Sed in signo aereo ventorum fortitudinem Sed in signo terreo frigorum superfluitatem. Et si fuit coniunctio in signis significat detrimentum masculinorum multorum malum masculinorum De coniunctione

Vero maxima Saturni cum Ioue in principio Arietis dicunt quod significant vel sectarum nouarum Et si Iupiter fuerit fortior significabit maximum detrimentum atque tribulationes Et si ista coniunctio fuerit in signis igneis significat hec scilicet siccitatem et sterilitatem Et similiter in signis aereis Sed in signis aquaticis significat inundationem aquarum et pestilentiam si fuerint impediti De significatione autem aliarum coniunctionum visum est gratia breuitatis Etiam quia iste magne coniunctiones magis ad propositum pertinent eo quod magis possunt applicari ad dictamina prophetiarum mutationes sectarum et euentus admirandarum rerum

Magnarum coniunctionum que fuerunt a diluuii tempore numerum vero possumus a posteriori variatis calculare hoc enim data certa radice faciliter fieri potest supposita vltima coniunctione duorum superiorum planetarum que secundum astronomos fuit anno christi 1365 die ... 28 ... 19 gradu ... circa Que coniunctio secundum Leopoldum aquas diminuit victualia quater ex sequenti pestilenciam significat maximum vt patuit per effectum euacuatorum generum a regnis et climatibus variis aliorum quoque plurium malorum sequentium quorum vsque nunc remanent vestigia Ab hac igitur coniunctione possumus a posteriori computando precedentes coniunctiones similes calculare quod sic ostenditur Nam simul iunctis annis a diluuio vsque ad christum cum annis a christo vsque ad coniunctionem predictam patet quod a diluuio secundum Alfonsum vsque ad eam fuerunt anni 4406 menses 10 dies 12 minuta 30 Vnde manifeste sequitur Quod si hec coniunctio fiat in omnibus 240 annis vt aliqui dicunt sequentes tales prophetiarum iudicia hoc fundamento exempli Sed de his tres solum tangere proponimus que magis ad propositum tangere videntur Prima questio est Qualiter illa lux faciebat diem et noctem Et hic est duplex modus dicendi vnus secundum doctores Grecos

videlicet damascenum et et basilium Alius secundum latinos Illi enim dixerunt Quod lux illa seu nubecula lucida emissione et contractione radiorum suorum diem et noctem faciebat hoc autem dicebant esse in potestate ipsius lucis non per virtutem propriam sed per preceptorum diuina cuius sole facimus forte licet in passione domini quando sol dicitur obscuratus fuisse non quidem natura sed diuino precepto Et sic intellexerunt doctores greci fuisse in illo primo triduo Alius est modus dicendi secundum doctores latinos quem beda et alii expositores communiter sequuntur Prima sic dicit bonauentura in secundo sententiarum distinctione 13 hic modus videtur esse rationabilior et vtrum naturali proximior videlicet quod lux illa noctem et diem faciebat suo motu et reuolutione sicut postea sol fecit sua actione Nam lux illa intelligitur facta fuisse vbi nunc est sol et ex illa formatus creditur esse sol et ita per eamdem solis similitudinem in distinctione diei et noctis habuisse extimatur Et hic modus probabilior sustinetur Sed hic oritur secunda questio Nam

> Prima enim prima die dicitur contra(?) ... et pro(?) luce quadam

si lux illa per suum motum faciebat diem et noctem cum ipsa fuerit producta quando mota sit quod fuerit ante omnem diem ergo ipsa non fuit opus prime diei Si vero dicatur quod simul tempore potest esse illuminare et moueri Queritur vbi primo incepit Aut enim ex oriente aut ex occidente aut ex aliqua alia parte celi Si ex oriente ergo videtur quod primo fecit mane et postea vesperam Et hoc est contra scripturam que dicit vespere et mane dies vnus Si occidente ergo videtur quod lux cepit in occasu quod est inconueniens Sed si in aliqua parte alia vt in meridie tunc videtur quod dies illa non habuit viginti quatuor horas quod est contra expositores Ideo questio vbi est lux illa primo creata fuit et qualiter inde dies et noctem sequitur Ad quam questionem ibi respondet Quod formatio illius lucis fuit opus prime diei Non quia illa dies ipsam precessit sed quia simul incepit dies cum luce cuius enim motus circularis sequitur esse circulare secundum naturam tamen duracione potest simul tamen mobili inesse Et si queratur vbi lux illa primo mota incepit Et si queratur vbi lux illa moueri respondent quod vbi facta fuit Sed de loco vbi facta est due fuerunt opiniones Quidam enim dixerunt quod lux illa facta est in meridie duplici ratione Primo quia lux illa primo faciebat vespere et postea mane sicut dicit scriptura ergo videtur quod primo tendebat ad occasum quam rediret ad ortum Alia Ratio est quia dei perfecta sunt opera

> Naliter enim prius est mane esse quam moueri

et sic ideo diem vel lucem fecit in sua ple
nitudine et sic in meridie et hec videtur
sententie Bede et alii expositores qui dicunt
primum diem plena luce cepisse Et sic obicitur
quod tunc a principio diei usque ad mane non
fuerunt viginti quatuor hore Respondetur
quod sex fuerunt hore huius diei precesserunt
successione temporis presentialiter post mobiliter
temporis materie et postea sexta hora que est
in medio perfecto facta est lux quod est corpus
fectum in suo natura in plena et perfecta irradia
cione videlicet in meridie et cum esset tunc
tempus equinoctiale usque ad occasum fuerunt
6 hore et postea usque ad ortum sequentis
sequentis diei fuerunt duodecim et sex pre
fuerunt ante formacionem lucis post creacionem
celi et terre et ita factus est dies naturalis
et integer Alia opinio est quod non fuit
mora temporis intercepta inter creacionem et distinc
cionem sed statim post creacionem celi et terre pro
duxit deus lucem Ita quod posterius natura
sed simul duracione Sed isti dicunt quod lux
illa cepit in oriente et sua revolucione
perfecta tendendo ab eodem puncto in idem
fecit diem naturalem Et hec videtur huius
libro de sacris sententiis Et istud videtur
satis probabile ut ibi cepit lux illa in die
primo ubi conditus est sol in die quarto
Traditur enim sol quarto die conditus
fuisse in oriente non in meridie et luna
in occidente Et obicitur quod prius quod de
buisset dixisse scriptura factum est mane
et postea vespere Dicendum quod sic tamen
quod inter ipsorum distinctionem palle
gata mane dicit sed non precedentis noctis
et ex hoc dicit quandam obscuritatem
propter hoc non tamen dicit diei initium sed noc
tis consummacionem Et quia in prima lucis
formacione non precessit nox ideo dicit diem
illum cepisse a plena luce ac si fuisset
in meridie Non tamen dicitur fecisse mane
quam precesserit nox sed prius vespere quod est
finis diei et postea mane quod est finis
noctis Quia prius fecit diem et postea
noctem Unde finaliter concludit predictus
doctor quod tamen hic modus dicendi quam pre
cedens satis est probabilis nec est facile
discernere quis eorum plus habeat veritatis
ideo quecumque istorum modorum dicatur
non est facienda magna vis Sed in hoc
ideo ex variis doctorum theologorum sententiis
tantum ut appareat quod ab eis communis
astronomorum opinio non discrepat sed in
tribus concordat Primo in astronomica

racione distinctoris diei et noctis 24 horarum
in motu illius lucis que primis tribus die
bus supplevit vicem solis Secunda quia
lux et sol qui eidem successit conditi sunt
in equinoctio Tercio quod sol conditus est in
plena luce et secundum aliquos theologos
in meridie et hec est communis omnium astrono
morum opinio ideo incipiunt computare diem
a meridie quia tunc est sol in maiori virtute
Alii autem ex variis consideracionibus dies
aliter distinguere consueverunt Ut greci a mane
in mane quia tunc primo apparet sol hebrei
vero a vespere quia tunc incipiunt solempnita
tem Christiani a media nocte quia tunc
natus est Christus Unde Mane diem greca
gens incipit Ebrea sequentes in medio
lucis Judei vespere factum inchoat etiam sub
medio tempore noctis Sed restat una difficilis
questio de primeva solis et lune disposicione
utrum scilicet conditi fuerunt in coniunctione
vel opposicione et hec est quod in hoc passu
querit Augustinus utrum luna creata fuit
prima vel plena quam questionem sequitur dic
tus Altissiodorensis ubi supra et eandem
tangit glosa super illud fiant luminaria etc.
Ubi allegans Augustinum ita dicit luna
post equinoctium vernale vespere plena que
precedens pascalem terminum facit que
regula usque hodie viget de qua queritur
An plena vel prima facta Respondendum
est Deum quodammodo fuit perfectam fe
cisse quia ut aiunt Non decebat deum
illa die aliquid imperfectum facere Alii
dicunt quod luna prima facta fuit non creata
decima quia nemo sic incipit numerare
Si tamen deum aliquid imperfectum fecisse
dicatur rephensibile non est Quod enim
ab illo inchoatum est ab illo et non
ab alio perfectum est Creditur etiam
ideo plena facta quia verba septuaginta
ta interpretum sic habent factam incho
acionem noctis quod sic cum plena est ex quo
Alioquin patet Et de hac questione duplex
fuit opinio et utramque tetigit Augustinus
in libro secundo de trinitate trinitate ibidem
finaliter ita concludens Ego autem me
dius inter istos sum Ita sum ut neutrum
asseram sed plane dicam Quia primam
vel sive plenam lunam deus fecit fecisse
perfectam dicere Pro cuius questionis ampliori
declaracione Sciendum est Quod licet luna
in principio creata fuit in materia informi
quia celum factum fuit et terra ipsa in creata die
facta est in sua perfectione esse atque plenitudine


Cum ergo dei perfecta sint opera ut dicit
scriptura indecens fuisset deum tunc eam
imperfectam creasse et ideo secundum quod dicit Au-
gustinus specialiter tunc facta est in plenitudine
essentie et in plenitudine luminis accidentalis
quod semper habet a sole quantum in se est Quan-
do est eclipsis licet nobis quandoque appareat
corniculata et ideo verisimiliter possumus
dicere eam non fuisse creatam plenam
illa plenitudine visitata apud nos
et secundum hanc viam ut dicit Altissio-
dorensis patet solucio obiecta opinionis
adverse quia concedimus quod luna perfecta
est in plenitudine essentie licet non in plen-
itudine luminis accidentalis quo ad nos Et
sic est et decens deo ad imperfectum fac-
tum omnis solus sit imperfecto perfectorum addere
Nec etiam obviat quod dicit textus luna
facta in inchoacione noctis quo tempore non
apparet nisi quando est plena propter dicunt
eam in plenitudine plenilunio esse fac-
tam Nam secundum eum quod dicitur in inchoa-
cione noctis sic est intelligendum id est in principatu
quod innuit greca translacio que habet archem
ubi habemus in inchoacione et interpre-
tatur grece illud principatus Hec de pre-
senti questione ex tantorum theologorum
dictis colligi ut protestatur quod a proba-
bilitate eorum sententia non discordat com-
munis astronomorum opinio que ponit lunam
non primam nec plenam fuisse sed quartam
ut patebit

Resupposita communi tam theo-
logorum quam astronomorum opinione
Cum mundus creatus est in equi-
noctio vernali sole existente sub Ariete
ex hoc consequenter primam aliorum pla-
netarum disposicionem quam notant figuram
seu faciem celi possumus describere per
cuius figure declaracionem premittenda est
sententia hispalensis in introductorio Albu-
masar et sue translacionis ad scienciam
iudiciorum astrorum ubi tractatus quinti differencia
septima sic ait Cumque sciremus do-
mos in quibus exaltantur planete
et fortitudinem uniuscuiusque planete
in signo Redimus itaque ad hoc
quod diximus in tractatu secundo quod incep-
cio ex divisione esset a sole et ex me-
dio celi diei et inicio Arietis et
ex linea equalitatis et ex medio celi

Cum ergo sol ascendit in meridie Arie-
tem et incipit dies augmentari et dies
est causa noctis et medius dies est
est forcior temporibus diei Nam et ascen-
siones et ortus ascendentis mundi sunt
super eos in loco aut linee equalitatis
signorum ascensionum et ascensiones
medii celi eorum sunt motus et per simi-
lem ascensionem cuiuslibet signorum in linea e-
quinoctiali fit motus signorum in medio
celi totius mundi Et similiter gradus exal-
tacionis planete est omnino per unum
esse Ob hanc itaque causam facta est
incepcio divisionis ex loco illi directi
et ex medio celi super lineam equalitatis
Erit primum assumptum cancri ascendens ideo
quia dixerunt antiqui quod Cancer
sit ascendens mundi et est dignum ut
sit ascendens in inicio incrementi mundi
gradus in quo confortatur Iupiter ex can-
cro tamen ille Ex quibus habemus funda-
mentum ad describendam figuram astro-
nomicam ad tempus inchoacionis mundi
in qua sic procedimus Primo ponimus
primum gradum Cancri ascendens mundi
Secundo primum gradum arietis pro medio celi
Tercio primum gradum libre pro angulo terre
Et hii vocantur quatuor cardines seu qua-
tuor domus angulares Deinde pone-
mus domus succedentes videlicet 2. 11.
4. 9. 20 erit 3 gradus leonis 11a erit
2a tauri 4ta erit 2a Scorpionis 9a
erit 23 piscium Postea venimus ad caden-
tes que sunt 3a. 8. 6 12 3a erit 23 Vir-
ginis 6a erit 1 Sagittarii 8a erit 3 aquarii
12 erit 1 geminorum Postremo ponimus
planetas in eorum domibus in quibus creati
sunt in gradibus eorum exaltacionum ex-
ceptis sole et luna qui in locis eorum ex-
altacionum ponendi sunt ut sequens ta-
bula declarabit Saturnum ponit
in aquario in domo sua gradu sue exal-
tacionis 21 Iupiter in Sagittario vel in
piscibus secundum aliquos qui dicunt quod ibi
magis gaudet in domo sua in gradu sue
exaltacionis 14 Mars in Scorpione in
domo sua in 28 ut in sua exaltacione Sol
in Ariete in primo gradu sue exaltacionis
19 Venus in domo sua in Tauro in gra-
du sue exaltacionis 27 Mercurius in
domo sua in gradu sue exaltacionis 27 luna
ponitur in Tauro in domo sue exalta-
cionis et Caput draconis in Leone in gradu

sue exaltacionis z Ex premissis patet primo
quod sol et luna non fuerunt creati in coniunc
tione vel oppositione seu plenilunio sed luna
erat xiii quia Et ad hoc videtur prima concordia
conuenencia quia cum de illo die que
prima facta est prima die sol et luna
postea quarta die facti dicantur Verisimile
videtur quod tunc in eadem habitudine adinuicem
fuerint in qua fuissent si prima die in con
iunctione creati extitisset Secundo patet quod
Venus et luna erant in eodem signo
videlicet in Tauro Tercio patet quod luna
transcendo per caput draconis coniungebatur
Mercurio in signo Geminorum et hec fuit
prima coniunctio mundi secundum presentem figuram
Deinde cum aliis planetis vsque quo ap
plicabatur ad solem quod fuit ea die
vel circa ab ipsorum creatione Vnde sequitur quod
tunc prima lunacio ad suum perfectorem requirebat
illos tres dies precedentes creacionem
solis et lune alioquin non fuisset 30 dierum
Quarto patet quod in hac figura non ponitur
Mercurius in domo sua in Virgine in qua
dicitur congaudere et gaudere sicut ponuntur alii
planete in suis domibus principalibus
sed in Geminis quia Mercurius non potest dis
tare a sole per duo signa cum opposi
tum dicant aliqui asserentes ipsum creatum
in Virgine tamquam in domo sua principali
Et hec que dicta sunt clarius patent
in figura

Supposita prima figura celi predicta
a priori possumus primam co
niunctionem maximam assigna
re Et a posteriori per tabulas astronomi
cas vel aliam coniunctionem similem inue
nire et ex eis per aliarum huiusmodi coniunctio
num calculacionem legittimam verum numerum
annorum mundi seclusa variarum opinionum
dissonancia cardinaliter concludere hoc
vltimum verum est principaliter intenta conti
net quorum vnum facile est duobus primis
suppositis sed in illis magna est difficultas
non vnius hominis sed plurium peritorum indi
get examinacio Nam sicut supra dictum est val
de difficile videtur figuram celi et per consequens
coniunctiones per eam consignandas cardinaliter
verificare Et ideo hic non procedemus secundum calcu
lacionem equatam et precisam sed veritati
propinquam quorundam astronomorum opinionem
satis probabilem insequentes Prima igitur
coniunctio maxima Saturni et Iouis in



capite Arietis secundum eos fuit anno a princi
pio mundi 320 vel circa Et hanc secundum oppo
nentem figuram predictam a priori probare in
tuntur quia in minori tempore supple quam est
Saturnus velocior non potuit ad predictam Saturni
in coniunctionem peruenire vt patet compulsando
eorum cursus adinuicem quod etiam confirmat
per consideracionem minorum coniunctionum et dicit
fuisse 16 in medio coniunctiones huiusmodi Quarum
primam ponunt in piscibus 2am in Scor
pione Terciam in Cancro Quartam
circa vltimum arietis gradum Quintam in Sa
gittario Sextam in Leone Septimam in
Thauro Octauam in Capricorno Nonam
in Virgine Decimam in Geminis Vndeci
mam in Aquario Duodecimam in libra Tre
decimam in Cancro Quartamdecimam
in piscibus 14 in Scorpione 16 in Leone
post quam secundum eos secuta est ista coniunctio
in primo gradu Arietis vel circa infra sex gradus
Et hec fuit prima maxima coniunctio an
no 320 vel circa quia tot annos continent
sedecim coniunctiones predicte cum vnaqueque
in 20 annis fiat Secunda maxima co
niunctio fuit anno a principio mundi 1280
vel circa Et hec presupposita illa prima fiunt et
omnes sequentes clare per addicionem 960
annorum Et ad coniunctionem maximam precedentem

Tercia ergo fuit anno 2260 vel circiter et huic concordat concludendo a posteriori illud quod Arabs astronomus dixisse refertur ante diluvium per spacium duorum annorum vel circiter fuisse verum coniunctionem magnam Saturni et Jovis in Cancro unde probabile videtur quod hec fuit pro aliqua causa diluvii inquantum ad illum effectum causa naturalis concurrere potuit ut supra dictum est Quarta coniunctio maxima fuit anno a principio mundi 3200 a diluvio vero 948 vel prope Quinta fuit anno mundi 4160 a diluvio anno 1918 vel circiter Sexta fuit a mundi principio 4120 a diluvio anno 2818 vel circiter et hec fuit ante Christi incarnationem annis circiter 224 Septima fuit anno mundi 6080 a diluvio 3838 vel circiter et hec fuit anno post incarnationem Christi 734 vel prope Sic ergo fuerunt in summa a principio mundi usque in presentem annum Christi 1414 coniunctiones maxime 7 ante et quatuor post diluvium Octava vero erit anno mundi 7040 a diluvio 4798 a Christi incarnatione 1693 vel circiter Et hanc non solum a priori per viam predicta dicunt esse probatam sed etiam a posteriori evidenter posse probari ex tabulis astronomicis per calculationem legittimam et sic secundum eos ambe vie a posteriori scilicet et a priori in se invicem concurrent Ideo est concordantia conveniens Omnibus presuppositis manifeste concluditur quod ab initio mundi usque ad diluvium fuerunt anni circiter 2242 et hoc verificatur computando secundum lxx interpretes quam sequitur ecclesia a diluvio usque ad Christum secundum calculationem Alfonsi ut supra patet fuerunt anni 3101 menses 10 dies [illegible] et [illegible] 30 que sunt media diei et valent dimidium diem et in hoc concordat cum Albumazar etc a principio mundi usque ad Christum fuerunt anni 5343 cum uno anno inperfecto et quasi completo ut supra patet et in hoc verificatur sed corrigenda est computatio Bede et aliorum quos [illegible] sequitur ecclesia in aliquibus in aliquibus particularibus locis et in predicta tamen a priori quam a posteriori annorum mundi computatione usque ad Christum concordant maxime coniunctiones premisse [illegible] calculanti in qua tamen calculatione non est [illegible] tendum quod anni predicti ante diluvium non fuerunt in proportione adequati sed anni post diluvium per Alfonsum Alii autem secundum Leupoldum coniunctiones et maiores mundi alterationes et mutationes secuntur non solum per predictas coniunctiones Saturni et Jovis in capite Arietis in 960 annis sed etiam per coniunctiones eorum secundum mutationem de una triplicitate in aliam in 240 annis et per coniunctiones Saturni et Martis in omnibus 30 annis propter quod de istis de istis coniunctionibus ad confirmationem premissorum aliquid hic dicendum ut hoc videtur quia consequitur aliquibus eorum a posteriori retrorsum procedendo possumus consimiliter sicut supra per coniunctiones maximas annorum mundi verificare [illegible] tamen brevitatis gratia de hiis supersedemus Et hunc calculandi laborem aliis relinquimus nobis requiem et finem huic operi imponentes

Et igitur verum verba ad dubia in prologo huius operis proposita satis ut michi bene visum est responsiva non diffinitive determinando sed disputative inquirendo proposuimus Nam tante rei determinatio maius examen requirit Unde valde expediens videtur quod ecclesia auctoritate concilii generalis vel summi pontificis plures peritos theologos et astronomos ad hoc committeret ut ex auctoritate ecclesie declaratio et determinatio in premissis decori et confirmationi fidei sequeretur et tolleretur occasio scandali eorum qui detrahunt catholice veritati et imputant discordantiam que inter Hebreos et lxx interpretes sanctosque catholicos doctores in annorum mundi computatione reperitur Michi autem sufficit ad tanti artificii utilem inventionem viam aliis prebuisse et occasionem dedisse subtilius indagandi Ideo quia videor michi debitum huius exigui operis adimplentem Deo exsolvisse quibus autem parum est michi ignoscant Omnibus vero satis est ut in deo gratias gratulanter agenti cui sit honor et gloria in secula seculorum

Editus a domino Petro de Alliaco cardinali Cameracensi et in civitate Tulleni completus ultima Marcii anno Christi 1414

Nota quod secundum Albumazar et Alfonsum mundus incepit ante Christum 5328 annis fere et quod secundum tabulas


an xpm annis 4328 cum 253 diebus
fuit introitus solis in Arietem et
eiusdem anni ad 172 diebus 14 horis
fere scilicet 42 dies 14 horis post introitum
solis in Arietem fuit una coniunctio Sat-
urni et Iovis in 17 gradu 30 minuto 34
Thauri eiusdem quoque annis cum 65 diebus
10 horis fere scilicet 124 di 33 post
Saturni et Iovis veram coniunctionem fuit eorum
media coniunctio in 16 gra 29 mi 352
tauri et post istam fuit quinque minores
coniunctiones in eadem triplicitate usque ad
sequentem in qua mutata est triplicitas Ante
xpm 4328 annis cum 322 diebus 10
horis 38 minuto fuit media coniunctio
Saturni et Iovis in triplicitate aerea in
primo gradu 21 minuto 33^{2} 3^{3} Cancri
Ante xpm 4030 annis cum 126 di 13 ho
51 minuto 12^{2} fuit media coniunctio Sa-
turni et Iovis in triplicitate aquea in 1 gradu minuto
22 33 Cancri
Ante xpm 5831 annis cum 244 diebus
10 horis 26 minuto fuit media coniunctio
Saturni et Iovis in 30 gradu 58 minuto
21^{2} 9^{3} Piscium que potest reputari prima in
triplicitate ignea cum non distet a capite Ari-
etis nisi per 51 minuta 32^{2} 41^{3} et fuit eius
coniunctio minor subsequens ante xpm an-
nis 5811 304 di 19 ho 13 minuto in tercio
gradu 56 mi 59^{2} Sagittarii
Ante xpm 5633 annis cum 58 di 3 hore
34 minuto fuit coniunctio media Saturni
et Iovis in 29 gradu 52 mi 5^{2} 27^{3} Sagittarii
que potest reputari prima in triplicitate terrea
cum non distet a capite Capricorni nisi
per 27 mi 44^{2} 33^{3} et fuit eius coniunctio
minor subsequens ante xpm annis 5613
99 di 13 ho 3 mi 2 in secundo gradu 50
minuto 26^{2} 30^{3} Virginis
Ante xpm 5535 annis cum 186 di 22 ho
31 minuto 13^{2} fuit media coniunctio Saturni
et Iovis in 30 gradu 14 minuto 48^{2} 34^{3} Virginis
que potest reputari prima in triplicitate aerea cum
non distet a capite Libre nisi per 25 minuta
11^{2} 27^{3} Geminorum
Ante xpm 5234 annis cum 334 di 13 ho
45 mi 58^{2} fuit media coniunctio Saturni
et Iovis in 29o gradu 49 minuto 36^{2} 37^{3}
Geminorum que potest reputari in prima triplicitate
aquea cum non distet a capite Cancri nisi
per unum gradum 0 mi 23^{2} 29^{3} et fuit eius sub-
sequens coniunctio minor ante xpm annis
5216 20 di 22 ho 41 mi 36^{2} in secundo gradu
17 mi 48 8^{3} Piscium
Ante xpm 5027 annis cum 116 diebus 17 ho
40 mi fuit media coniunctio Saturni et Iovis

in 29 gradu 53 mi 11^{2} 8^{3} Piscis que potest re-
putari prima in triplicitate ignea cum non distet
a capite Arietis nisi per unum gradum 16 mi
55^{2} 42^{3} et fuit eius coniunctio minor subse-
quens ante xpm annis 5017 169 di 16
45 mi in secundo gradu mi 37^{2} 14^{3} Sagittarii
Ante xpm 3838 annis 261 di 3 ho 2
mi fuit media coniunctio Saturni et Iovis
in 29o gradu 26 mi 43^{2} 52^{3} Sagittarii que
potest reputari prima in triplicitate terrea cum non
distet a capite Capricorni nisi per unum gradum
33 mi 6^{2} 18^{3} et fuit eius coniunctio minor
subsequens ante xpm annis 3818 318
di 10 horis 48 mi 58^{2} in secundo gradu
24 mi 14^{2} 14^{3} Virginis
Ante xpm 3650 annis 59 di 30 ho 4 mi
fuit media coniunctio Saturni et Iovis in
39 gradu 10 minuto 12^{2} 30^{3} Virginis que potest re-
putari prima in triplicitate aerea cum non distet
a capite Libre nisi per unum gradum 59 minuto
27^{2} 56^{3} et fuit eius coniunctio minor subse-
quens ante xpm annis 3620 101 di
41 horis 1 minuto 58^{2} in secundo gradu 8 minuto
45^{2} 59^{3} Geminorum
Ante xpm annis 3521 259 di 23 ho 9 minuto
fuit media coniunctio Saturni et Iovis in
triplicitate aquea in primo gradu 42 minuto
32^{2} 57^{3} Piscium Coniunctio media correspon-
dens coniunctioni vere scilicet diluuium fuit post
moysi significante ‖ annotacon
Tricesimu p^m de pluriu sequenciu coniunctionu
Tricesim 2^m de radice siue media maioz con
iunccionum inuencon ‖ et eaz equacon
Tricesim 3^m de tabula maiorum coniunctionum
Tricesim 4^m de aduentus antixpi et fine mundi
Tricesim 5^m de variacone ‖ pronosticacon
anni solaris quantitate ‖ opinion
Tricesim 6^m de opinione thebit circa motu
sue spere complanacon ‖ solaris inequalitate
Tricesimu septimu de vere quantitate anni ‖
Tricesim 8^m de varia annoz solarium quocon
Tricesimonono de multiplici mensis lunaris
Quadragesim de confirma ‖ acceptacon
con opis et auctorum excusacon

[Ex]ordiar igitur ab elucidacone eoz
que scripsi in tractatu de con
cordia theologie et astronomie
incipiens a verbo quinto vbi dixi
quod de theologicis prophetiis quibus astro
nomica iudicia possunt conuenienter aptari
aliqua expedit exempla particulariter


annotari Et ibi duo annotaui exempla
vnum de veteri et aliud de nouo testamen
to primu de generalis diluuij presignacon Se
cundum de natiuitatis xp̄i significacon De quibus
hic aliqua specialius dicenda sunt Sciendu
est ergo circa primu quod sicut dicit Haomar in
fine libri sui de Natiuitatibus ante inicium
annoz diluuij per 279 annos fuit coniunctio
significans diluuiu Et hoc idem asserit Albu
mazar primo libro de coniunctionibus magnis
dria prima Nisi quod ipse ponit illam coniunctionem xp̄i
significantem diluuiu precessisse per 281 an
nos tamen propter priorem quasi omnes astro
nomi opantur Vnde omnes fere auctores in
hoc concordant quod illa coniunctio principaliter di
luuiu significans non fuit de maximis co
niunctionibus que fiunt in capite Arietis
videlicet saturni et iouis sed fuit ipsoz coniunc
tio in ... Cancri Et illa precessit diluuiu 279
annis Romanis cum 265 diebus et octo
horis fere Et h fere sunt ... xp̄i
3381 annis solaribus 200 diebus et 9 horis
Sic hec patent per certam motuum eorundem planetaz
secundum radices doctile alfonsi Ex quibus propter
manifeste patet falsitas illius opinionis qua
verbo vicesimo eiusdem tractatus quasi probabile
recitaui et super qua annos coniunctionum maxi
maz assignaui videlicet quod duobus fere an
nis ante diluuiu fuit vna maxima coniunc
tio saturni et iouis Ad cuius confirmacon
cuiusdam Arabis astronomi allegabatur auctoritas
hoc enim esse non potuit Nam coniunctio
principaliter significans diluuiu fuit eorundem
saturni et iouis quasi in medio Cancri que
precessit diluuiu 279 annis fere vt
dictum est Et quia fuit in medio Cancri
adhuc restabant 120 anni antequam coniunc
tio eorundem veniret ad triplicitatem ig
neam subsequentem et per consequens mutacio
triplicitatis aquatice in igneam fuit annis
149 ante diluuiu et mansit in eadem
coniunctione vsque post diluuiu centum viginti
ti annis et tunc intrauit se in triplicitatem ter
ream Patet ergo quod diluuiu quando fuit in me
dio triplicitatis ignee Et nulla coniunc
tio circa diluuiu potuit esse in principio ali
cuius signi ignei Et hoc vtique verum est ha
bendo ad duracionem triplicitatis per 240
annos Et ad medios illoz planetaz mo
tus secundum quod precessit Albumazar Sed habendo
respectum ad veros eoz motus possibile est quod ali
qua coniunctio eoz precessit diluuiu sub certo nu
annoz magno vel paruo etiam in signo eiusdem
triplicitatis ignee vel terree sequentis vel aque
precedentis semper tamen in propinquo Et ista diuer
sitas huius respectus prouenit ex directione
vel retrogradacone ipsoz duoz planetaz tem
pore huius coniunctionis vel circa Sunt autem debere
que coniunctio eoz precessit diluuiu non pertinet

conectu[?] ... pronosticacon

ad propositum petitur licet illa forte non loquendo sint per diluvium fortificationem Nam hic nobis sufficit loqui de supradicta coniunctione diluvium principaliter significante cuius figura sequitur ascendente primo gradu arietis secundum omnes auctores



Item 2m exemplum supra notatum videlicet de figura Nativitatis domini nostri Jhesu christi Sciendum est quod hec figura subscripta inde debat in dicta Nativitate ascendente octavo gradu virginis vel circa secundum quod dicit Albumazar in differentia prima tractatus sexti in capitulo de ascendentibus ymaginum prout hic allegat Albertus magnus magister vbi dicit Albumazar et ascendit in prima parte virginis puella etc. Et subiungit Albertus et iam scimus quod ascendente eadem parte celi natus sunt dominus noster Jhesus christus etc. De huius vero figure significatione ad astronomorum iudicia me remitto salua tamen modestia atque reverentia quam in totum pedetotum notam Sequitur figura



Sit autem nonandum est quod circa hanc figuram nativitatis domini nostri Ihesu Christi et eius significacionem in triginta quatuor capitula huius tractatus aliqua narrabuntur que probabilia videntur ostendere christiane legis excellenciam et quandam theologie et astronomie consonanciam suadere. Sed nec est hic pretermittendum quod secundum aliquos istam figuram nativitatis Christi Albertus magnus errauit in suo speculo quia ut dicunt non fuit virgo vel aliqua facies virginis in ascendente nativitatis Ihesu sed fuit ascendens libra ut aliorum eciam complicatorum quorundam. Tamen virgo fuit in ascendente coniunccionis significantis Ihesu nativitatem que coniunccio forte precessit per sex annos incarnacionem Ihesu benedictam nativitatem vel circa. Cuius perscrutacionem calculacionum peritioribus relinquo.

Super verbo sexto tractatus predicti ubi distinccionem predictam posui de varia anni accepcione hic de magno anno aliquid declarabo quia ibidem promisi. Nonandum igitur quod de magno anno varie fuerunt opiniones de ipso cum loquitur plato in thimeo libro secundo de quo scribit Calcidius sed non ponit quantitatem huius temporis. Consideravit autem alius ex posterioribus ponit illud continere 14000 annorum. Et in hoc concordat Macrobius. Sed Iohannes de Sacrobusto in compoto suo dicit quod magnus annus est spacium temporis in quo omnes planete simul cum stellis fixis ad loca que in prima mundi origine tenuerunt exierunt revertuntur. De quo Iozephus ubi loquitur de longevitate antiquorum ponit quod in 6000 annorum circulo magnus annus completur. Sed promissa opinio de 14 annorum tenior est. Unde 36 milia trecentos quinque mundus completur annos ut plato testatur magnum magnum quem computant annum. Huic tamen vulgari opinioni non est fides adhibenda. Nam ut dicunt experti astronomi stelle ideo fixe dicuntur in celo quia motum earum vix comprehenditur. Centum enim annorum curricula probabuntur unum gradum pertransire cum quodlibet signum triginta gradus contineat et ita constet quod esse signa sequuntur stellas in triginta sex milibus annorum cursum suum perficere. Et hic est magnus philosophorum de quo et alii et alii philosophi loquuntur. Sed an talis sit futurus incertum est secundum fidem katholicam.

Super verbo septimo ubi pro confirmacione opinionis Augustini de longevitate antiquorum dixi de annis ferdarie vel ffardarie secundum alkabian. Hic descripcionem eorum de tabulam annorum secundum albumazar libro septimo maioris sui introductorii differencia octava. Et sequitur tabula

Sol	luna	♄	♃	♂	♀	☿	caput draconis	cauda draconis	Anni Planete
10	9	11	12	7	8	13	3	2	ffardarie
1461	520	265	427	284	1151	480	0	0	Maximi
120	108	57	79	66	82	76	0	0	Maiores
39½	39½	43½	45½	40½	45	48	0	0	Medii
19	25	30	12	15	8	20	0	0	Minores

Hic autem nonandum est quod sicut aliqui dixerunt quantitas temporis vite currit secundum quantitatem annorum datorum planetis significantibus annos vite. Et sunt illi anni eorum maximi anni suprapositi. Secundum aliquos vita hominis vltra 80 annum est quasi mors ipse ut dicunt quia cum huiusmodi anni terminales desinunt videlicet anni solis maiores qui sunt 120 unde supra dictum est propter hominum addi vermolus et vitalis ut eo dicat Iulius firmicus quod homines essent immortales si numquam in genituris hominum solis benignitas vinceretur a malorum potestate scilicet a saturno et marte.

Super verbo nono ubi dixi de etatum mundi distinccione hic breuem earum recapitulacionem subiungam. Dico ergo quod cum prima etas incipit ab adam usque ad diluvium de hac maior est discordancia. Nam Augustinus 14 de civitate dei capitulo 20 dicit quod in hac computantur anni 2262 secundum codices nostros. Sed secundum septuaginta interpretes cum quibus concordat Eusebius et Beda in libro de temporibus et alii omnes communiter hec prima etas continet annos 2242. Sed secundum Ieronimum hec etas non plures continet quam duo milia. Sed Albumasar dicit quod inter creacionem ade et diluvium fuerunt anni 2226 mensium unus dies 3 hore quatuor. In hac materia hebrei a septuaginta interpretibus discordant ut patebit. Sed magis a Iozepho quia ipse primo antiquitatum capitulo tercio ponit quod pluvia diluvii incepit 27 die April et usque ad hanc diem ab adam fuerunt 2656 quod quidem tempus ut idem ait in sacris libris conscriptum multa integritate signatum est. Sed secundum Hebreos hec etas plus continet annos 1656. Et hanc discordanciam quidam minuunt dicentes quod hoc de vno annorum nostrorum Iozephus fecit duos et sic superfluunt illis millenarius superadditus. Habeatur vitati unde commemorat Iozephus et Beda quod antiquorum vita tam diuturna apud modicos et inopinabiles impossibiliam esse scilicet quod unius anni computetur pro duobus vel pluribus. Sed hunc decursum probat Augustinus ut in tractatu predicto declaraui. Secunda

etas continet secundum Iozephum Hieronimum
et Hebreos annos 292 et Euzebius et
sui sequaces computant secundum annos solares
Sed septuaginta secundum annos lunares quibus
etiam utuntur Hebrei Tercia etas ab ortu
Abrahe usque ad Regem David habuit
annos 942 per generaciones quatuordecim
secundum utrasque ediciones et hoc idem dicit Ra
banus Quarta etas secundum Hebreos 473
annos 473 menses 6 dies decem ut
dicit idem Rabanus secundum aliquos continet annos
473 annos integros et in hoc concordat
Beda et hec etas fuit a principio Regni
David usque ad transmigracionem Babilonis
Quinta etas fuit a dicta transmigracione usque
ad nativitatem Christi hec est ut quidam dicunt
a Marcio ante combustionem templi in anno
factam usque ad Eclas Apostolus vel Marcij
quam Hebrei incipiunt annum et continet hec etas
secundum Rabanum annos 489 Sed secundum diffi
niciones tradicionem ut quidam dicunt sunt
anni 491 Sexta etas incepit a Christi
benedicta nativitate qui secundum magistrum his
toriarum natus est in nocte dominice diei an
no ab urbe condita 752 in kalendis Ja
nuarij et eo die qua dixit fiat lux
visitavit nos oriens ex alto Quidam
autem consideracionem habentes ad quatuor e
tates hominis et ad quatuor signa principa
lia que distinguunt quatuor partes zodiaci
juxta hoc distinxerunt quatuor mundi tempora
vel etates vide infra capitulo 3°

Capitulo verbo decimo et duobus sequenti
bus et super finali conclusione palle
gati tractatus addo hic brevem re
collectionem variarum opinionum de annis ab
origine mundi usque ad Nativitatem Christi
Sciendum est igitur quod iuxta hebraicam veritatem
a mundi creacione usque ad nativitatem Christi fue
runt anni 3941 Et secundum Magistrum histo
riarum usque ad annum Tiberii 14 quo Christus
fuerat baptizatus computantur ab Adam secundum
computacionem hebraicam anni 4000 Et in hoc
concordat Beda sequens Euzebium annotando
quod 16 anno Tiberii fuerat principium 18 Iu
bilei secundum Hebreos ex quibus patet quod a Na
tivitate Christi usque ad annum Tiberii quindecim
fuerunt anni 29 completi Tamen sed
dicit Beda in epistola ad Clementem papam
secundum hebraicam veritatem ut Beda reci
tat fuit anni ab Adam usque ad Christum
3952 Et iste numerus examinatur distinctio
ne per omnes etates secundum hebraicam veritatem
Sed hanc Hebreorum computacionem non sequuntur
plurimi sed septuaginta interpretes Iozephus
Euzebius Orosius Isidorus Beda

et alii multi satis diffuse in dicto tractatu
declaravi Quoniam plures maiorem annorum
numerum posuerunt licet inter eos sit discre
pancia que maxime provenit ex va
ria computacione prime etatis de qua iam
dictum est Et licet quidam dicant quod com
putacio Hebreorum qui posuerunt usque ad
diluvium annos 1656 In quibus sunt 81
cicli et tres anni magis sit secunda ta
men Augustinus videtur innuere quod septu
aginta verius computaverunt ut patet
14 de civitate capitulo 11 Unde maior pars auctorum
illos insequendo computant 2242 annos us
que ad diluvium ut Euzebius Isidorus
Beda et plures alii Et Augustinus ab hoc numero
non multum variat qui ponit 2262 Nec
multum discordat Albumazar qui de
libro primo de magnis coniunctionibus dicit
primo quod iam narraverunt Beleng vel Be
linus et alii ex eis quorum inter creacionem
Ade et noctem diei veneris qua fuit dilu
vium fuerunt anni 2226 menses unus dies
13 hore 4 Ex premissis probabiliter concluditur
quod omnes opiniones de annis mundi usque
ad Christum recitande sunt que non se ex
tendunt ad 4000 annorum et recipiendi
sunt numeri annorum quos ponunt Euzebius
et Beda et eorum sequaces videlicet 5199
et 4196 secundum septhuaginta prout dicit magister
historiarum vel 4330 secundum lxx ta ut dicit
Cinton Similiter 4210 secundum Isidorum sicut
quidam allegant et 4400 secundum quosdam ut aliqui
dicunt et 4430 secundum quosdam codices et
4328 anni 16 dies 8 hore 20 minuta
secundum Albumazar et Alfonsum secundum
unam calculacionem vel 4328 anni dies
sex hore octo minuta 20 secundum aliam calcu
lacionem Supponendo videlicet quod coniunctio sig
nificans diluvium precessit ipsum per 279 annos
ut dicit Aomar que sequuntur alii astro
nomi preter Albumazar ut predictum est Item
si addantur illi anni quos ponit Augustinus
ab Adam usque ad diluvium videlicet 2262
annis postea ab Alfonso a diluvio ad
Christum videlicet 3101 cum diebus 318 fient anni
4363 et dies 318 Isti ergo sunt numeri qui
excedunt 4000 annorum et tamen inter illos
magna est discordia Unde verisimile est quod
ille numerus quem ponunt Eusebius et Orosius
et alii sequentes eos multum accedunt veritati
videlicet 4199 et septuaginta non discre
pant ab eo numero nisi quia ponunt tres an
nos minus Et in dicto numero Euzebii concordat
Orosius Beda Marchus Martinus et Gil
das in cronicis suis quorum concordancia
magnum dat argumentum quod iste numerus mul
tum appropinquat veritati Sed astronomi qui
precisius calculant tempora ab isto numero aliqualiter

discordat Nam secundum Albumazar et Alfonsum ponuntur duo numeri suprascripti inter duplicem calculacionem qui non discordant nisi in decem diebus et sunt anni integrales absque fractionibus 4328 ut supra patet et iste numerus eciam satis prope cordat ille numerus qui colligitur ab ipsis septuaginta et ab Alfonso videlicet 4324 et dies 318 Et similiter concordat multum cum numero posito ab astronomis numerus collectus ab Augustino et Alfonso videlicet 4363 et maxime concordat multum cum numero astronomorum Numerus ille quem quidam assignant secundum opinionem septuaginta interpretum videlicet 4330 et ille numerus examinatur per omnes etates et ideo concluditur quod isti numeri ultimo positi sunt cerebrati inter omnes et alii sunt recyciendi Utrum autem aliquis istorum numerorum sit precise verum est Verisimilium tamen videtur quod illi numeri ab astronomis collecti multum vicinantur precisioni Utrum autem plus excedit dubium relinquitur Nec hoc aliquis scire potest ut quidam doctor ait nisi et sit inspiratum et est causa magni erroris in astronomia quia per hoc ut ibidem inquirit qui impossibile est scire in quo orbe magno simus a mundi creacione quod tamen scire valde utile est ad astronomorum iudicia ut postea tangetur Nec ista incertitudo annorum mundi solum est causa erroris in astronomia sed eciam scandali in theologia ut in dicto tractatu notavi utrum autem de hoc naturaliter possit haberi certitudo per viam quam ibidem tetigi dubium reputatum de qua re magis inferius apparebit

Occasione tante varietatis opinionum predictarum in computando annos mundi quidam assignaverunt decem errores ut causas quare plures erraverunt in calculacione temporum Primo quia quantitatem anni diversi diversimode sumpserunt nec vera anni quantitate usi sunt Et de hoc Augustinus li. de civitate dei ca° 12 et plenius circa principium libri sui sicut alibi declaravi et specialiter de hoc dixi in tractatu predicto verbo 6 et duobus sequentibus Secundus error supposito quod omnes quantitatem quam vere ecclesia posuisset adhuc non bene posse processisset Nam illa non est passa ut declaravi in tractatu de correctione kalendarii et licet hic error sit modicus et parum faciat ad propositum quantum ad annos integros tamen bene facit quantum ad dies et dierum fractiones Tercius error quia diversimode incipiunt annum ideo non est mirum si in computacione annorum non concordavit Quartus quia multi cum attenderunt fractiones annorum eas computaverunt pro anno integro sicut septuaginta fecerunt fecerunt Quintus error quia quidam pretermiserunt aliquas generaciones et in aliquibus pretermiserunt plures annos sicut Hebrei qui in prima etate pretermiserunt plures annos et in secunda etate generacionem Cainan et in illa et in aliis etatibus plures annos omiserunt ut ostendunt quidam auctores Sextus quia anni in sacra scriptura ab aliquibus interpretati magis erant mistici et enigmatici quam veri anni sicut de 6000 annorum Methodii qui ponuntur sub significacione sex etatum quamvis annorum Et ponunt eciam aliqui aliud exemplum quod non multum michi videtur ad propositum pertinere videlicet de septem ebdomadis Danielis abreviatis que sunt 490 anni lunares computati a secundo anno Artaxersis regis quando promissum est templum reedificarum usque ad passionem Septimus error fuit quia quidam voluerunt credere quod antiqui ante diluvium vixerunt tot annos sicut in sacra scriptura continetur ideo auferebant 1000 annos de prima etate quos Jozephus posuit sicut supra notatum est Octavus quia tempore diluvii non remanserunt nisi octo anime de genere humano viri illi tunc non multum adverterunt ad annos qui processerunt ab origine mundi quare difficile est annos ante diluvium precise calculare Nonus fuit quia quidam michi penitus dixerunt de tempore duracionis diluvii quod unum annum integrum continebat quem illi omiserunt Unde Hebrei aliqui ponunt quod annus diluvii fuit 1641 alii quod fuit 1646 et per consequens secundum eos fuit annus tercius decimus revolucionis mundi Et ista duo possunt concordari quod minor numerus sit anni diluvii inchoantis maior vero annus diluvii finientis Aliqui autem inceperunt secundam etatem a principio diluvii Alii vero a fine Decimus error fuit quia sol in tempore Josue stetit per spacium unius diei et similiter in tempore Ezechie spacio decem horarum de quibus non commemorat aliquis in calculacionem temporum

Circa premissa autem hic merito improbanda quedam opinio Nam illi qui ut predictum est auferunt a prima etate mundi 1000 annos de numero Jozephi ut sic concordent cum Hebreis pro sua opinione hanc precipue allegant causam quia ut dicunt prima habitacio hominum fuit sub equinoctiali circulo vel prope tamen sub loco temperatissimo reddente terram fertilissimam ubi sunt duo ymia solsticia et duo alta ideo habent duas estates et duas hyemes quare de uno annorum nostrorum fecerunt duos Et ille millenarius Jozephi supplevit Sed

ista opinio potest racionabilit improbari
Nam dicitur Genesis 2° C4 deus posuit
Adam in paradiso voluptatis vt operaretur et
eam de qua assumptus fuerat i. secundum magistrum
historiarum in agro damasceno de quo
sumptus fuerat et in quo cahim fratrem suum
abel occidat Et iuxta que Adam et Eva
sepulti sunt in spelunca duplici hic
vero ager est in valle manbre iuxta Ebron
versus septemtrionem ad orientem et dictus
a damastho servo abrahe sicut scribunt
cosmographi. ubi non est ille ager prope illam
civitatem damascum que caput est Syrie
ymo ab illo loco distat fere per quinque dictas
Constat autem quod Ebron versus septemtrionem
circiter per quatuor miliaria distat a Beth
leem que v miliaribus fere in austrum
a hierosolimis in dorso situata est vnde
patet quod Ebron non distat per duas dictas
a hierusalem dico ergo primo habitacio hominum
cepit circa Ebron Bethleem et hierusalem
et continuo plus et plus processit versus
septemtrionem Sed ex tabulis Azarchelis
patet quod latitudo hierusalem est 32 gradus et
eius longitudo 46 graduum Maxima vero
solis elevacio fuit anno christi 1321 sicut
inventum est 23 gradus 28 minuta ergo latitudo
hierusalem maior est maxima solis declina
cione per viii et 21 minuta Et propterea prima ha
bitacio hominum fuit circa tropicum estivum
per tantum spacium terre quantum correspondet
8 gradibus in celo vel per 413 miliaria
adminus Et hoc supponendo quod vnus gradus
in celo correspondent in terra 46 miliaria
et due tercie vnius miliarii sicut dicit
Campanus ex quibus clare patet falsitas
opinionis predicte

Super trecesimo et quartodecimo
dicti tractatus et super illo capitulo
tractatus de concordia astro
nomie et racionis historice et
Ad confirmandum ea que ibi dixi de
coniunctionibus trium planetarum superiorum hic
allegabo quedam notabilia dicta magnorum
auctorum Notandum est igitur quod Messahalla
libro suo de coniunctionibus capitulo ix dicit quod
res maxime eveniunt ex coniunctionem pla
netarum altorum et hoc fit a tarditate mo
tus eorum Et cum fuerint coniuncti omnes 3 in
vno termino vel facie et aspexerit eos sol
significat destructiones sectarum Regnorum
et eorum mutacionem et res maximas secundum for
titudinem eorum Et hec est maxima coniunctio
que significat adventus prophetarum et de
structionem quorundam climatum et precipue
si adiunxerit aliquis planetarum inferiorum
Et capitulo decimo dicit quod coniunctio Saturni
et Jovis est maior et significat mag
nos eventus in mundo et sectas Et capitulo xi
dicit quod maior Martis et Jovis est coniunctio media
et significat eventus qui fiunt ex guer
ra bellis et contrarietatibus Et huic concor
dat albumazar libro secundo de coniuncti
onibus magnis differencia octava. Conmic
cio vero Jovis et Martis vt dicit Messahalla
capitulo xii est minor et significat e
ventus ex pluviis et ventis et cor
rupcionem aeris et etiam guerram Sed
ptholomeus et hali in centiloquio proposicione
48 et sexagesimaquarta volunt intel
ligere per coniunctionem maiorem. coniunctionem Saturni
et Jovis in ariete et per coniunctionem mediam
coniunctionem eorum cum mutantur in nova
triplicitatem et coniunctionem minorem
que coniunguntur in aliis signis

Occasione premissorum et super verbo
quartodecimo predicti tractatus
et super capitulo quinquagesimo sep
timo et quinquagesimo tractatus de concor
dia astronomie et narracionis historice
vbi aliqua dixi de quadam trium superiorum
coniunctione et de partis stasmare dua
rum hic aliquas magnas coniunctiones
illam precedentes et aliquas sequentes
volui breviter annotare Sciendum est
igitur quod sicut ibi dixi anno christi 1321
convenerunt 3 planete superiores vide
licet xxi Marcii in eadem facie eiusdem signi
videlicet in 19 gradu Aquarii et post hoc
fuit eclipsis lune vniversalis eodem tempore
videlicet per duos dies et nove horas ante
coniunctionem magnam Saturni et Jovis que
tunc apparuit in eodem mense Et illa
eclipsis cum illis coniunctionibus magnis
significabat magnos effectus et dura
biles secundum astronomos et sicut experiencia
docuit Et illa coniunctio que fuit in signo
fixo significabat ex hoc effectus forcio
res et magis vtiles ac plus durabiles
quam alie coniunctiones que fuerunt in eadem
triplicitate et presertim magis quam ille que fuerunt
in signis mobilibus vel communibus de quibus
dicam statim fuit enim vna coniunctio pre
dictam immediate precedens anno christi 1324
et fuerunt simul coniuncti Saturnus Mars Jupiter in
19 gradu geminorum fuit eciam alia supradic
tam immediate sequens in anno domini
1364 in 8 gradu Scorpionis Et fuit
media eorum scilicet Saturni et Jovis ac solis
coniunctio in libra Et ita debuisset mansisse

in triplicitate aquea in qua semper post eorum di-
rectionem pervenit coniunctio eorum ad Scorpionem
Et quia istud signum est contra initium Religionis
ideo dixerunt aliqui quod illa coniunctio valde
significativa fuit pro isto scismate Et post
hanc fuit anno Christi 1384 coniunctio
eorum inita in geminis Et post hanc
immediate sequens fuit anno Christi 1404
duodecima Januarii in 21 Aquarii Et
hanc quidam reputant factam pro terminacione
scismatis et unione ecclesie propter coniunctionem du-
orum superiorum in Aquario in cuius triplicitate
semper quia fit per hanc coniunctionem reditus ad
triplicitatem aeree signum licet mediate prece-
dens fuerat in Scorpione que pretendebat
scismata sed tamen difficulter et tarde propter signum
fixum Et quia visus occidentale sunt plane-
te hec eciam coniunctio significabat odia
principum alamannorum Et hec sufficiant
de illis magnis coniunctionibus que illarum
que fuit 1384 secute sunt

Ad hic occurrunt aliquae mag-
ne coniunctiones que licet non fue-
rint in ariete tamen merito debent
specialiter designari quia sub eis etiam mag-
ne mutationes facte sunt et effectus notabi-
les qui supradictam coniunctionem diu antea pre-
cesserunt Una fuit de qua in principio huius
tractatus dictum est que significavit dilu-
vium Alia fuit tempore magni Nabuchodo-
nozor videlicet sedecim annis Romanis cum
336 diebus ante Christum et ante Christum per 163
annos et 281 dies Et hec fuit in prin-
cipio triplicitatis terree et per quam fuit mutatio de tri-
plicitate ignea in terream et fuit hic mutatio
et coniunctio Saturni et Jovis in principio Tauri
Marte existente in quinto gradu Arietis
hec processit transmigracionem filiorum Israel et magnas
mutaciones predicavit Alia fuit circiter per
sex annos ante nativitatem Christi et fuit
in signo Tauri de qua dixi in verbo isto
tractatus predicti Et significavit super legem Chri-
stialem futuram secundum astronomos hec autem
hic solum posita est secundum medios motus
dictorum planetarum Cetere vero hic annotate
dicuntur a peritis astronomis fuisse diligenter
verificate et adequate ex radicibus verorum
motuum secundum tabulas Alfonsi Alia fuit an-
no incarnationis Christi 571 incompleto
et fuit in quinto gradu Scorpii Venere existente
in primo gradu eiusdem signi et hec secundum omnes
significavit sectam Machometi que sequebatur
postea per 40 annos fere videlicet anno Christi
621 fere ut plenius notavi in dicto tractatu
de concordia astronomie et narrationis histo-
rie Et immediata eorum coniunctio precedens videlicet

Saturni et Jovis fuisset circa annos Christi 600
circa principium Cancri si fuissent directi vel cir-
ca finem Geminorum si fuissent retrogradi Alia
fuit dictorum duorum quedam planetarum etiam notabilis
coniunctio post annos Christi 808 comple-
tos additis 293 diebus et 15 horis fere
et fuit in 6to gradu Sagittarii Et etiam fuit
mutatio triplicitatis aquatice in igneam Et
hec debuisset fuisse in principio Sagittarii
sed propter eorum directionem processit usque ad sex-
tum gradum eiusdem Sub hoc autem tempore vi-
guit dominium Francigenarum et precipue Ka-
roli magni et suorum et alii notabiles
effectus secuti sunt Alia fuit eorundem pla-
netarum coniunctio anno Christi 1226 incom-
pleto die quarta Marcii vel Aprilis
circa principium Aquarii videlicet ambobus existen-
tibus in 3o gradu aquarii et fuit ibi mutatio
triplicitatis terree in aeream In qua tripli-
citate adhuc ad presens semper et erunt in eius
participacione et signanter usque ad annos 1484
vel circa et ibidem tunc erit coniunctio eorum
et mutacio triplicitatis aeree in aquaticam
Et quia tunc Mars fuit in angulo ce-
li et in Scorpione in domo propria multum
fortis Illa coniunctio habuit significare
super mutacionibus et destructionibus regnorum
et regum ac perturbationibus legum Et sub hac
coniunctione inceperunt ordines predicatorum
et minorum Et sub eodem tempore invaluit
dominium Tartharorum multaque alia mi-
rabilia sunt secuta

Ad adhuc de aliquibus maximis
coniunctionibus expedit veram cal-
culationem subiungere Sciendum est
ergo quod presertim aliqui periti astronomi inducunt
se vidisse calculasse et practicasse secundum ra-
dices Alfonsi post Christum annis quinqua-
ginta tribus solaribus completis cum 91
diebus videlicet secunda die mensis Aprilis
anni 54 incompleti fuit una coniunctio
Saturni et Jovis in capite Arietis videlicet preteris-
to uno gradu et 11 minutis Arietis signi
existente tunc sole in undecimo gradu et
Mercurio in sexto gradu eiusdem signi Et hec
coniunctio secundum eos licet nullum habuerit
significationem super terremotibus seu diluviis
magnis propter debilitatem et casum Saturni et Martis
et remotionem eorum ab eis angulo terre et
a signis terreis tamen adhuc durantes
significavit Et adhuc semper in participacione
et dimensione eiusdem coniunctionis et erunt
per multos annos Et post predictam Saturni et
Jovis coniunctionem fuit ut dicitur alia eorum
coniunctio videlicet sub anno domini 908 videlicet

xxvj Marcij et fuit in 9 gradu arietis
Et deinde post annos christi 1461 erit iterum
una coniunctio eorum in 16 gradu arietis
Et deinde post annos christi 2616 erit coniunc
tio eorum vera in 24 gradu arietis et iste con
iunctiones non fuerunt simpliciter de maximis quia
non fuerunt in principio arietis. Sed vt dicitur
post has immediate erit vna maxima
circa principium arietis circa annos christi
3069 et secundum eas inter predictas duas con
iunctiones veras simpliciter maximas fuerunt
anni 3214 vel circiter Non tamen per hoc
excluditur quin aliquae fuerint intermedie
coniunctiones vere simpliciter maxime
Ex quo obviatur quod istud sit contra
illud quod in dictis tractatibus de
concordia saepe allegatum est
ab Albubatio et aliis videlicet quod saturni et
iovis coniunctio in principio arietis fit in 960
annis semel. respondetur Quia illud et
alia que ibi dicta sunt de temporibus reuolu
tionibus illius coniunctionis et aliarum sunt intelligen
da de coniunctionibus mediis et non de
coniunctionibus veris Nam tempora coniunctionum
verarum raro sunt vniformia seu equalia
Exemplum de coniunctione Solis et lune
id est reditus lune ad solem secundum vtriusque
cursum medium semper fiat in equali tempore
tamen tempus lunationis vere id est tempus reditus
lune ad solem secundum vtriusque cursum verum
raro est equale tempori lunationis equalis
Sed lunatio vera quandoque maior lunatione equali
quandoque minor et ita est proportionabiliter in aliis
coniunctionibus planetarum Sed tamen astro
nomi iudicant secundum coniunctiones veras quia auc
tores volunt influentias planetarum magis
habere processum in coniunctionibus veris quam
in mediis Unde secundum Albumazar in effecti
bus magnis prouenientibus ex magnis
coniunctionibus saturni et iovis non debemus habere
respectum ad motus medios sed ad veros
et ad veram eorum coniunctionem licet Albumazar
secundum medios motus processit Nec propterea
tantus auctor in hac omnino reprobandus est
quia ut credo ipse processit in computationibus
innovationum magnarum ad propinquum quod fieri
solet cum mediis motibus et non veris Ex
predictis manifeste sequitur quod cum illa coniunctio
duorum superiorum anno 1365 de qua dictum
fuit coniunctio vera et non media non est possi
bile quod consimilis fiat in omnibus 240 annis sicut
aliqui deponunt vt dictum est verbo 54 tractatus
de concordia Sed media coniunctio illi corres
pondens sequebatur eam et fuit circa 22

Julij eodem anno in 24 gradu aquarij vel fere
ideo licet inter duas tales medias coniunc
tiones sint 240 anni vt ibi ponitur non est
contra Et cum hoc ibi positum fuit pro exemplo
non requiritur illius exempli verificatio quia
quodcunque tempus signatum inter tales duas
coniunctiones medias seu duas alias quorumlibet
planetarum sufficit ad propositum illius qui
ibidem queritur Vlterius sequitur ex premissis
quod falsa est illa opinio quam recitaui verbo
20 eiusdem tractatus Nec deductio ibi facta
vel consignatio octo coniunctionum maximarum
super illa fundata continet veritatem sed hoc
postea manifestius declarabo verbo
Notandum est quod coniunctio duorum superiorum vera
vel etiam media rarissime fit secundum eundem
gradum Et ideo non posuerunt de hoc auctores
certam regulam Sed tamen in 60 annis vel
circiter in vno signo coniunguntur saturnus et
iovis et in eodem signo vel prope inveniuntur Mars
et hoc modo large loquendo isti tres pos
sunt dici coniuncti vbi gratia anno 1365
fuit vna totalis coniunctio ipsorum trium Et postea
anno 1384 Et deinde erit alia anno 1424
Super verbo sexto et super verbo
14 vbi narraui varias opinio
nes de principio anni et de
loco celi sub quo fuit initium mundi hic ad
illorum declarationem aliqua notanda subiungam
Sciendum est igitur quod licet varie gentes
aut nationes diuersimode inceperint annum
suum tamen non omnes ideo posuerunt initium mundi
vbi fecerunt initium anni vbi gratia licet Ro
mani inceperint annum in solsticio hyemali
non tamen hoc fecerunt quia posuerunt ibi
esse initium mundi sed quia vt dicit magister
historiarum in principio Januarij et tunc vel
paulo ante incipit sol nobis apparere licet et
hebrei incipiunt annum in equinoctio vernali
non tamen est communis hebreorum opinio quod
ibi mundi fuerit initium Pro cuius declara
tione Notandum est quod vt quidam dicunt aliqui
doctores hebrei quos communiter moderni
iudei insequuntur posuerunt quod anno domini de
incarnationis 12 quia secundum dionisium fuit xxiij
septembris feria quarta fere vltimus dies
266 revolutionis a principio mundi Et illum
annum primum revolutionis prime ponunt solum
fuisse in ymaginatione exceptis sex diebus
vltimis ideo annum istum vocant annum
vanitatis siue ymaginatum Et vltimum diem
illius dicunt fuisse diem sexte ferie et
ibi fuisse creatum Adam Et in eodem fuisse
primam coniunctionem mundi realem post horas
14 ita quod Adam in ipso die creationis

sue in vespe vidit prima luna novam
et in sequenti sabbato i in estimo incepit
secundus annus prime revolutionis sive pun
cti lunaris hoc autem quod per sex diebus
voluimus totum unum annum ymaginantur
notabile est quoniam pro regula habent quod in
computando annos quos semper a certo
mense incipiunt pro uno tantum die alterius
anni totum annum ponunt in medio ut si quis
regnavit aliquo die alterius anni sequenti
anno dicatur duobus annis regnasse Isti
ergo ponunt quod luna fuit creata soli iuncta
et quod prima mundi creatio fuit in septembri
videlicet vicesimo primo die huius mensis ubi
scribitur festum sancti Mathei Sed etiam Vin
centius in speculo parte prima in principio dicit
Quod arabes et egiptii incipiunt annum
a septembri quia in creatione mundi leguntur
arbores fructum habuisse Alii autem ponunt
mundum incepisse in octobri Et hoc placere
videtur Baconi in epistola ad Clementem papam
ubi loquitur de principio mundi inducens
textum scripture exodi xxiii et xxxiiii
capitulo ubi concludit quod non est dubium
quin secundum temporum ordinem naturalem principium
mundi fuit in lunatione Octobris Et hec
ut dicunt astronomi orientales egip
tii greci et persi et quasi omnes caldei
qui a patriarchis et prophetis habuerunt
astronomiam Et licet Moyses constituit
anni principium in aprili quantum ad initia
solemnitatum ut dicit Iozephus tamen in aliis
observant principium mundi et anni in octo
bri Alii autem dicunt principium mundi fuisse
in Aprili videlicet in equinoctio vernali
et hec est opinio communior et statim dicetur

Notandum ergo quod communiter astrono
mi docent revolvere annos ab
origine mundi ab introitu solis
in Ariete Et in hoc concordant antiqui astro
logi ut Albumazar sicut allegavi verbo
decimonono tractatu predicti Similiter
Halihabenragel libro 8o capitulo 34 dicit quod
inventum est in libro Cronicarum mundi quod signum
mundi est Aries et planeta eius sol In
ascendente eius est Cancer et Iupiter
in eo Et concordat maior pars theologorum
et compotistarum quod mundus fuit creatus in
vernali equinoctio et usus ecclesie tenet prin
cipium seculi tunc fuisse Concordant
in hoc Isidorus Ethimologiarum Rabanus
mus super historiam Genesis super theo
logica Vincentius in speculo historiali
Iohannes de Sacrobusto lincomiensis et

plures alii unde patet quod apud ecclesiam catho
licam hec opinio communior est et probabilior
estimatur Si vero queratur cur antiqui astro
logi revolvebant annos mundi ab introi
tu arietis et quare inicium signorum ibi esse
voluerunt cum in circulo nullum principium esse
videatur Respondetur secundum quod dicunt Iulius
Firmicus libro tercio in principio et Macro
bius super sompno Scipionis circa medium
ubi agitur de principio mundi Quod incipi
ente die isto qui primus omnium luxit fuit
ni medium celi in Ariete esse positum
Quia semper medium celi in omnibus geni
turis possidet principatum Et quia medium
celi quasi vertex esse dicitur et quasi mundi
caput in exordio mundi apparuit Et quia
ex hoc loco tocius genituie fundamenta
colligimus oportune Ex hoc signo inicium
omnibus signis datum est presertim cum
maxima pars stellarum et ambo luminaria
radios suos in hoc signo miscerunt Et
in hoc concordat Albumazar secundo
maioris introductorii differentia quinta in prin
cipio Licet autem hec opinio aliis probabilior vi
deatur tamen non est certa sed apud
multos sapientes sub dubio relinquitur
Et huic sentencie non discordant ea que
dixi verbo 18 tractatus supradicti

Super verbo decimo nono eius
tractatus ubi secundum unam opinionem
tentavi describere figuram seu
faciem celi in principio mundi hic aliqua
volo tangere dubia consideratione digna
Primum est Quia sicut in eodem tractatu nota
vi secundum varias opiniones de principio
mundi varie essent describende huiusmodi
figure Secundum dubium est quia etiam
presupposita communiore opinione quod mundus
est creatus in equinoctio vernali illi qui hec
ponunt non concordant in figura celi Et hoc patet
multipliciter Primo quia secundum aliquos astrono
mos aliqui sunt gradus in signis zodiaci qui
dicuntur domus planetarum quia sub illis
dicuntur fuisse creati Et secundum hanc opi
nionem predicta figura positi sunt plane
te in domibus suis preter solem et lunam Sed
secundum alios videtur quod eadem ratione omnes
debent poni in domibus suis Cur ergo tam
varie quia sic ponantur aliqui et non alii
Secundo quia ibi non ponitur Mercurius sicut
planete alii in domo sua principali videlicet
in Virgine quia non potest tantum distare a so
le sed secundum aliquos videtur quod consimili ratione
non debet poni ibi in geminis quia Mercurius
non potest distare a sole ultra viginti 26 gradus

et ideo debet ibi poni in tanto (cancro) vel in
piscibus Et remanet dubium in quo illorum
signorum et in quoto gradu tercio Jupiter
ponitur vel in Sagittario vel secundum aliquos
debet poni in piscibus sed vt in presenti capitulo
dictum est hali ponit quod ascendens mundi est
cancer et Jupiter in eo Et in hoc Albu-
mazar videtur concordare Et ideo premissa
signa non est secundum eum quantum ad situacionem
planetarum Quarto aliqui recitant et
hoc dicit Ciprianus doctor anglicus quod
Israhelite et caldei dicunt solem in parte
Arietis esse creatum Saturnum in prima
parte Capricorni a sole remotum 90 partibus
Jouem in prima parte Sagittarii remotum
a sole 120 partibus Martem in prima parte
Scorpionis remotum a sole 140 partibus
Venerem in prima parte Virginis Echama
remotam a sole 30 partibus Mercurium in prima
parte Geminorum remotum a sole 60 partibus
Lunam in prima parte Cancri remotam a sole
90 partibus Et secundum hanc opinionem describenda
esset longe figura celi aliter quam ibi
posui Vnde ex predictis patet quod in dicto tractatu
merito dixi quod valde difficile est mundi
figuram originalem describere et in fine
eiusdem conclusi quod de hoc et aliis conueni-
bus scripsi tamen ibi non diffinitiue determi-
nando sed disputatiue inquirendo ista relinquas
examini peritorum

Super libro vicesimo et vltimo
tractatus predicti hic signantur
Notandum est quod sicut iam super tetigi
quod falsa est opinio quam ibi recitaui quod
ex premissa signum celi initio prima coniunc-
tionum maximarum a priori concludit et consequenter
alias coniunctiones maximas consignare
Et hoc patet multipliciter Primo quidem quia
falsa est deductio qua ibi concluditur quod prima
coniunctio maxima fuit anno ab origine
mundi 320 vel circiter Nam si hoc esset
verum tunc sicut ibidem concluditur fuisset
vna maxima coniunctio ante diluuium
per duos annos vel circa hoc autem esse non
potuit sicut in primo capitulo presentis tractatus
sufficienter probatum est Similiter autem ex
deductione eiusdem opinionis patet fuisse vna
maxima coniunctio ante Christi incarnacionem
annis circa 224 Et vna alia post incar-
nacionem annis 1424 vel prope sicut ibidem dicitur
Sed hoc non videtur possibile quia sicut in 21
presentis tractatus capitulo dictum est post incarna-
cionem anno quinquagesimo tercio fuit vna vera
coniunctio maxima Et hec non potuit distare
a coniunctione media sibi correspondente
per tot annos sicut vnam vel alteram illarum duarum
assignantur Ex quibus patet quod loquendo de
coniunctionibus mediis que dicuntur fieri

in 960 annis ille octo coniunctiones
maxime que ibidem assignate sunt et
etiam in tractatu de concordia astronomie
et narracionis historice non habent veri-
tatem vbi autem mundi coniunctiones medie
vere debeant consignari proponimus inferius
declarare si deus mihi concedere voluerit

Et prius aliqua tractare volui super
tractatu predicto de concordia astro-
nomie et historice veritatis videlicet
in primo capitulo vbi leuiter tetigi de reuolu-
tionibus saturnalibus que fiunt in 300 an-
nis secundum Albumazar et de reuolucionibus
magni orbis que secundum aliquos astrono-
mos fiunt in 360 annis Et dicam etiam
aliqua super 62 capitulo et aliis sequentibus
vsque ad 66 in quibus de dictis reuolutionibus
saturnalibus satis diffuse tractaui Sed hic
igitur Notandum est primo de predictis reuolucioni-
bus saturnalibus pauci astronomi preter
Albumazar conscripserunt aut per eas iudicant
Et vnde illam consideracionem Albumazar ha-
buerit vel vbi has reuoluciones computare
incepit causam inuenire non potui Nisi
quod sicut aliqui dicunt si fieret aliquis
magnus effectus saturninus ab illo tunc pos-
set incipi mundi saturnina reuolucio sed istud
est debile fundamentum Et ideo astrono-
mi communius et verius iudicant per reuo-
luciones orbis magni que propinque sunt
in numero annorum ad dictas reuoluciones
quare de illis hic aliquid dicere expedi-
ens iudicaui

Sciendum est quod antiqui philosophi dixe-
runt et experiencia docuit quod signa
et planete dominantur orbibus
successiue .i. vnum signum et vnus planeta re-
git mundum vel orbem per 360 annos et hoc tempus
Persarum vocant orbem magnum Vnde Leupol-
dus tractatu suo summe capitulo 4o vbi breuiter
numerat ea per que fiunt vniuersales et maiores
mundi alteraciones facit illa ponit quod fiunt per
dominos orbis continentes 360 annos et per
signa dominancia in coniunctione diluuium signi-
ficante Omnes autem astronomi communiter di-
cunt quod in coniunctione significante diluuium
que ipsum precessit per 279 annos incipie-
bat nouus orbis Et hoc ponit Aomar in
fine libri sui de natiuitatibus allegans ad
hoc Arcafayt et dicit quod illi orbi prefuit Satur-
nus cum signo Cancri et concordat in hoc
Albumazar primo de coniunctionibus magnis
differentia prima nisi quod ipse ponit dictam coniunctio-
nem precessisse diluuium per 281 annos Sed opi-
nio Aomar est verior vt in primo capitulo huius
tractatus dictum est Si ergo illi 279 anni ab
illa coniunctione vsque ad diluuium addantur
annis a diluuio vsque ad Christum qui sunt anni

3101 dies 318 secundum Alfonsum resonant vel resultant a dicta coniunctione significante diluvium usque ad Christi nativitatem anni 3380 cum diebus predictis quos annos si diviserimus per 360 qui sunt quantitas unius orbis fit numerus quotiens 9 et remanent anni 140 indivisi. Cum ergo in coniunctione significante diluvium incepit nonus orbis cuius prefuit Saturnus cum signo Tauri ut dictum est. Ex hoc manifeste sequitur quod orbi in quo Christus fuit natus prefuit Mars cum signo Arietis. Et quod annus nativitatis Christi fuit 141 annus 10 orbis a coniunctione significante diluvium sicut patet legittime calculanti distribuendo planetas et signa illis decem orbibus.

Ad ex predictis quidam inferunt quod falsa est opinio quam posuit Bendython videlicet quod primo orbi a principio mundi dominabitur Aries tamquam circuli principium et Sol pre aliis planetis quia omnes alii planete innituntur motui solis. Hoc fundamento presupposito dicat ulterius quod ad totalem revolucionem signorum cum bene distribuendo annos 360 pro uno orbe magno necessario requiruntur anni plures equati 4320 et tot esse debuit ut ipse ait ad hoc quod incarnacio Christi correspondet primum horum calculacioni. Si igitur dividamus 4320 per 12 nichil remanebit et per consequens preficientur seu dominabuntur orbi incarnacionis et similiter passionis Christi signum Arietis et Iupiter planetus fidei si per planetas distribuerimus. Si autem his 4320 annis usque ad incarnacionem addamus 33 annos quibus fuit Christus in carne fient 4353 usque ad passionem. Quos si dividamus per 19 remanent duo et sic erit annus [illegible] passionis [illegible] et annus decennovenalis cicli. Sed hec opinio est contraria communi opinioni de annis ab origine mundi videlicet ex supradictis. Similiter fundamentum eius est contra communem opinionem astronomorum de magnis orbibus de quibus in presenti capitulo dictum est. Ideo aliqui eam reprobant dicentes communem opinionem astronomorum magis esse

Ad quantum ad istud accedendum cum fundamento cum magna est dubietas. Nam huic opinioni concordare videtur dictum Haly et eciam Albumazar ubi supra allegatum est. Contraria dicunt quod signum mundi est Aries et planeta eius est Sol et in ascendente eius est Cancer et Iupiter in eo. Cum vero Albumazar ponit ut supra dictum est quod ab Adam usque ad diluvium fuerunt anni integri 2220 a quibus si subtraximus annos 279 qui fuerunt a coniunctione diluvii usque ad ipsum diluvium remanent anni 1941 ab Adam usque ad coniunctionem predictam. In hoc autem annorum spacio non fuerunt nisi quinque magni orbes cum aliquibus annis qui non compleverunt unum orbem quod sic patet. Nam si 1941 dividamus per 360 erit numerus quotiens quinque et remanent anni indivisi 141. Ex quibus sequitur quod secundum illam communem astronomorum opinionem in principio mundi non incepisset magnus orbis quod videtur inconveniens et hoc tamen non sequeretur secundum aliam opinionem predictam. Unde patet quod magna est in hiis opinionibus astronomorum dubietas et modica certitudo et hoc unum auget difficultatem in descripcione figure celi a principio mundi. Ex quo ulterius sequitur quod valde difficile est vel forte impossibile ex prima figura celi annos ab origine mundi per viam a posteriori veraciter calculare. Nam si hic fieri potuisset non esset verisimile quod periti astronomi istud facere neglexissent.

Remissis dubiis non obstantibus expediens videtur secundum communem opinionem astronomorum orbem magnum in quo nunc anno Christi 1414 sumus inquirere. Nota ergo quod anno Christi 1345 quo fuit illa trium planetarum coniunctio de qua supradictum est usque ad dictum annum imperfectum adiectis annis 279 qui fuerunt a coniunctione significante diluvium usque ad diluvium et deinde adiectis annis qui fuerunt a diluvio usque ad annum predictum perfecti fuerunt in toto anni 4725 sicut patet ex sentencia Leucap libro suo de magnis revolucionibus. Nam secundum eum anni a diluvio usque ad Christum fuerunt 3102 et hec est dictum Bendython cum tamen secundum Alfonsum fuerunt anni 3101 et dies 318. Unde videtur quod computando istos dies et omnes alias fracciones que resultant in ipso tempore crescerent super addi poterit unus integer annus supradictis annis positis ab Alfonso. Si ergo illis 3102 annis addantur 279 anni a coniunctione diluvii usque ad ipsum diluvium et similiter 1344 anni qui a Christo usque ad predictum annum 1345 imperfectum fuerunt in toto anni predicti videlicet 4725. Ex quibus patet secundum Leucap et Iomar quod predicto anno Christi 1345 imperfecto preerant signum magni orbis ad Leonem et dominus eiusdem orbis de planetis fuit Luna. Quantus autem ad quem pervenit directio vel divisio fuit 16 Thauri et eius divisor fuit Saturnus sicut patet deducenti secundum astronomorum doctrinam et durabit istud signum Leonis et iste planeta scilicet Luna usque ad annos domini perfectos 1649 et tunc erit

il revoluciones magni orbis perfecte et inci-
piet 14 revolucio tunc durabit Saturnus
in signo Virginis et per consequens durabunt
possunt magni a principio mundi ut pa-
tebit

Quia ergo astronomi in suis
iudiciis multum considerant ad
orbes magnos, ideo omnes dis-
tinguere intendimus quia ad eos aptari
poterunt multi magni et notabiles
effectus et mirabiles mutaciones de quibus
scripsi in tractatu de concordia astronomie
et narracionibus historice. Ex predictis igitur
colligere possumus quod a principio mundi non
fuerunt nisi octodecim orbes magni
completi videlicet quinque cum illa coniunctione que
significavit diluvium et post eam 13 usque
ad orbem magnum sub quo sumus de presenti.
Primus itaque orbis completus incepit an-
no a principio mundi 148 secundum computacionem
Albumazar de qua supradictum est, sed secundum
computacionem Eusebii que verior est et secundum
quam habet annos usque ad diluvium pre-
quam incepit anno 164 quia Eusebius
ponit sedecim annos plus quam Albuma-
zar a principio mundi usque ad diluvium.
Et quia nullus preter Iosephum ponit tot
annos ante principium dicti primi or-
bis qui possent facere unum orbem com-
pletum, ideo ille ponitur primus quia nullum
precessit qui habuit principium in re sed
solum in ymaginari sicut supradictum est de
anno prime revolucionis lunaris quem He-
brei ponunt in ymaginacione solum fuisse
exceptis sex diebus ultimis. Similiter
ergo posset assignari unus orbis magnus
qui non fuisset in re sed solum in ymagi-
nacione exceptis 163 annis ultimis, sed
illum non pono primum quia non habuit
realem principium nec integralem comple-
mentum. Illis tamen annis 163 predictis
preerat signum Capricorni et de planetis
Iupiter. Et consequenter primo orbi comple-
to preerat signum Aquarii et de planetis
Mars, et sic successive distribuendo
signa et planetas secundum ordinem. Unde 2us
magnus orbis incepit anno a principio
mundi 524 tunc preerat signum Piscium et
de planetis Sol. Tercius incepit anno
884 tunc preerat Aries et Venus. Quartus
incepit anno 1244 tunc Geminus et luna.
Sextus incepit anno 1964 ubi fuit
coniunctio que significavit diluvium
tunc orbi preerat Cancer et Saturnus. Sep-
timus incepit anno 2324 tunc Leo et Iupiter.

Octavus incepit anno 2684 tunc
Virgo et Mars. Nonus incepit
anno 3044 tunc Libra et Sol. Decimus ince-
pit anno 3404 tunc Scorpio et Venus.
Undecimus incepit anno 3764 tunc Sagit-
tarius et Mercurius. Duodecimus incepit
anno 4124 tunc Capricornus et Luna.
Tredecimus incepit anno 4484 tunc Aquarius
et Saturnus. Quartusdecimus incepit
4844 tunc Pisces et Iupiter. Quintusde-
cimus incepit anno 5204 qui fuit de-
cimus orbis a coniunctione diluvii sub quo
natus est Christus anno eiusdem orbis 141
tunc orbi preerat Aries et Mars ut supra
dictum est. Sedecimus orbis incepit anno
5564 tunc preerat Taurus et Sol. De-
cimusseptimus incepit anno 5924
tunc Geminus et Venus. Decimusocta-
vus incepit anno 6284 tunc Cancer
et Mercurius. Decimusnonus qui in-
currit anno Christi 1344 et nondum est
completus incepit anno a principio
mundi 6644 tunc preest Leo et Luna.
Vicesimus incipiet 7004 tunc preerit Virgo
et Saturnus et hoc erit anno Christi 1849
ut dictum est. Ex predicta magnorum
orbium calculacione manifeste concluditur
verificacio computacionis Eusebii et suorum se-
quacium de annis mundi usque ad diluvium
sed non de annis a diluvio usque ad Christum
quia cum ipse ponat a principio mundi usque
ad Christum annos 5199 subtractis 2242 quos
ponit ante diluvium remanent secundum eum a diluvio
usque ad Christum anni 2957. Sed secundum predic-
tam orbium calculacionem a principio mundi
usque ad Christum sunt anni 5344 a quibus
deductis annis 2242 usque ad diluvium
remanent a diluvio usque ad Christum anni
3102 secundum Alfonsum ut supradictum est,
et ista calculacio que verior reputatur ex-
cedit computacionem Eusebii et Bede quam
communiter sequuntur ecclesia sicut conclusi in dicto
tractatu de concordia theologie et astro-
logie, et de hiis ista sufficiant.

Sed iam ad coniunctiones maximas re-
deamus et primo aliqua de earum
significacionibus dicamus. Sciendum itaque
quod philosophi et omnes astronomi concordant quod
per planetas superiores Saturnum Iovem et
Martem et eorum coniunctiones oppositiones
et aspectus significantur et fiunt magni et
notabiles effectus in mundo. Hali quidem effectus
per Saturnum et Martem, bonum autem per Iovem;
per Saturnum autem propter nimiam sui frigiditatem
et tarditatem motus sui atque sui elongacionem
a nobis effectus mali et diu valde durabiles

P hartem vero propter nimia sui stricterez et
velocitate sui motus effectus mali et veneno
si ac pungentes et cito recedentes Com
plexio autem Jovis ex calido et humido que
omni vegetabili effectus bonos et convenien
tes medio modo durabiles habet influere Verum
a coniunctionibus magnis istorum planetarum et
eorum applicationibus procedendum est ad sciencias
maiorum accidencium in mundo secundum sententiam pto
lomei in centilogio verbo 63 Et hoc est intencio
cum hali parte 8ua capitulo primo et omnium aliorum
et ibidem dicit hali quod perfecciones verbi gratia
quibus omni generi et mundo hoc scitur
ab ascendentibus coniunctionum ut precedencium
que fuit ante introitum solis in arietem
et ab ascendente revolucionis eiusdem Et
ab ascendente prioris coniunctionis planetarum an
tecedencium ipsam revolucionem et a loco lune
in revolucione et in coniunctione planetarum ac in
coniunctione et opposicione predictorum et a locis coniunctionis
et opposicionis et ab ascendentibus annis
coniunctionum maiorum que si omnia salua
fuerint significat saluacionem et si impedi
ta significant dampnaciones Et secundum
hali ibidem accidencia terremotuum et diluviorum
habentur a significatoribus saturni quando omnes
radices fuerint in signis aqueis vel terreis
et ipse habuit dominium in revolucione et
in radice vel luna infortunata ab eo
Quare in talibus judiciis necesse est ad ra
dicem devenire Prima teste ptholomeo
in centilogio verbo 63 Qui quis loquitur
de coniunctione minori radicem sciret debet a
qua procedit videlicet coniunctionem mediam
et consequenter maiorem et deinde maximam
Maior enim coniunctio dat significaciones
coniunctas et alie minores dividunt illas
Et hec est intencio hali ubi supra quando de ra
dice scienda similiter loquitur Et ergo primo
sciret debet radices et consequenter ad magis parti
cularia descendere Ex quibus patet quod absque con
sideracione magnarum coniunctionum non debet fieri
judicium magnorum effectuum futurorum Unde
vilem mutanciam et diu durabilium verum signi
ficata revolucionum annalium non sunt fortia
secundum historia et annum suum non excedencia
nec mundi vel mutancia quia in eis alie
et alie sunt figure et disposiciones celes
tes planetarum et stellarum in diversis clima
tibus et regionibus Considerandum est etiam
quod teste hali parte 8 capitulo sexto aliquando op
posicio quorundam planetarum etiam superiorum
deterioris est significacionis quam eorum coniunctio
ac magis durabiles et firmiores effec
tus significat Considerandum insuper quod effectus
magnarum coniunctionum sepe multo diu postea
subsequuntur sicut supra patet de coniunctione diluvium
significante et de quadam significante legem

Machometi Considerandum preterea quod aliquando
coniunctiones maxime propter concursum quorundam
particularium non sunt tante significacionis sicut
alie quedam coniunctiones que non sunt de maxi
mis sicut patet de duabus coniunctionibus
predictis et aliis quibusdam supranotatis
Considerandum denique quod coniunctiones maxime
que sunt secundum veros motus planetarum re
gulariter sunt maioris significacionis quam
coniunctiones medie ut supra dictum est Verum
propter hoc dicunt aliqui quod albumazar
in pluribus errauit quia judicia sua per
medios motus fundauit sicut et plerumque
plurimi antiquorum Et ex hoc sequitur secundum
eos error ipsius de fine legis Machometi
et de destructione legis christi et de judaice
legis exaltacione quarum descripciones tempus
pretereunt ut experiencia docet Hec igitur
hic ideo premisi ut cum loquimur de coniunc
tionibus maximis nullus propter consideracionem
unius huiusmodi coniunctionis tantum presumat
precipitare judicium de maximis effectibus
inde proxime sequentibus Nam in iudican
do de talibus oportet omnia predicta et alia
multa particularia diligenter attendere Verum
quia aliter facientes sepe variando astronomie
sciencia quantum in eis est infamem reddunt
contemptibilem et suspectam

Cum vero de maximarum
coniunctionum secundum medios
motus legittima calculacione
loquamur sicut ille qui in
fine predicti tractatus de concordia theologie
et astronomie et in pluribus capitulis al
terius tractatus de concordia astronomie
et historice narracionis secundum quandam
falsam opinionem assignate sunt variis cor
rigantur Pro quo sciendum est quod ut sicut supra
dictum est post christi natum tercio anno 1z
fuit una vera coniunctio maxima ideo sci
ta coniunctione media eidem propinquiori que
fuit in principio Arietis facile erit alias
priores et posteriores consignare presuppo
nendo quod quelibet talis coniunctio media saturni
et jovis fiat in 960 annis vel circiter
Et nota dixi vel circiter quia illa coniunc
tio minor que secundum Alkabicium et alios com
muniter dicitur fieri in 20 annis ex qua pluries
replicata fiunt alie coniunctiones saturni et
jovis Magna maior et Maxima sicut
in aliis tractatibus dictum est Non precise
continet illos 20 annos Nam sicut dicit
quidam Abraam judeus dictus Avenezre
in quodam tractatu de magnis coniunctionibus
Dicta coniunctio saturni et jovis non contingit
nisi semel in 20 annis octava parte unius

annis minus Et ut eis accidit coniunguntur de triplicitate in triplicitatem hoc modo sicut quando incipiunt coniungi in triplicitate ignea que dicitur Aries Leo Sagittarius ita scilicet quod coniungantur in principio Arietis postea in 20 anno quod est nonum signum ab Ariete et ibi coniunguntur immediate tercie partis Sagittarii Postea in 40 anno coniunguntur in Leone quod est nonum signum a Sagittario Deinde in anno 60 coniunguntur in Ariete et hec coniunctio vadit in hunc modum duodecies Et postea 13 coniunctio mutatur de predicta triplicitate in sequentem triplicitatem et aliqui tres huiusmodi coniunctiones perficiuntur in 58 annis cum tribus partibus unius anni incompleti ut ipse dicit Sed modum astronomi sequentes radices motuum planetarum secundum Alfonsum positas dicunt precise videlicet quod dicta minor coniunctio Saturni et Iovis fit in 20 annis minus 51 diebus fere et hoc numquam fallit in earum mediis coniunctionibus sed in earum coniunctionibus veris sicut supra tactum est nulla certa dari potest regula quantum una distat ab alia Nam aliquando mediam precedit veram Aliquando vera mediam et hoc valde multipliciter variando quia aliquando una sequitur vel precedit aliam in multo tempore aliquando in modico Et aliquando vera coniunctio medie concordat in tempore sed hoc contingit rarissime videlicet quando ipsi planete sunt in auge vel in opposito augis eccentrici et epicicli His itaque presuppositis dico quod predicta coniunctio maxima que fuit anno 53 post Christum non concordavit in tempore cum media coniunctione sibi correspondente Nam illa media sequebatur eam et fuit 12 mensis Septembris in 11 gradu et 6 minutis Arietis Et sic non fuit maxima coniunctio media quamvis fuerit in Ariete non tamen fuit in principio Arietis sed circa sextum gradum illius signi Sed alias his presuppositis per radicem calculant aliqui quam ponunt illis esse propinquiorem et dicunt quod ante Nativitatem Christi per quinque annos et 320 dies videlicet quintadecima die Februarii fuit illa media coniunctio Saturni et Iovis in secundo gradu et undecimo minuto Arietis Premissis itaque pro fundamento suppositis consequitur ad illas coniunctiones medias semper vel maximas possunt alie tam priores quam posteriores precise et veraciter calculari

De 2 capitulo xxvii°

Ad hec precisa calculacio non est necessaria ad propositum Nam hic sufficit brevitatis gratia coniunctiones maximas consignare secundum computacionem veritati propinquam presupponendo computacionem annorum ab origine mundi superius positam capitulo 12° ubi de magnorum orbium consignacione dictum est videlicet quod mundus incepit 5342 annis ante Christum His itaque presuppositis capiendo pro radice illam coniunctionem predictam que fuit ante Christum quinque annis et 320 diebus et computando inter duas tales 960 annos sicut ponit Alkabicius et communiter alii et inveniendo illos annos integros dimittendo dies predictos et alios qui in huiusmodi coniunctionibus essent numerandi cum aliis minoribus et fractionibus si vellemus precise computare His itaque obmissis propter facilioris computacionis et causa brevitatis dico Quod a principio mundi possumus hoc modo octo tales coniunctiones consignare Prima anno 538 Secunda 1498 Tercia 2458 Quarta anno 3418 Quinta anno 4378 Sexta anno 5338 Septima anno Christi 955 Octava anno Christi 1915 Hec autem consignacio intelligenda est fieri circiter prope veritatem quia videlicet ex dictis ista computacio non est precisa tam propter omissionem predictorum dierum et aliarum fractionum quam eciam propter aliam racionem supra tactam videlicet quod quelibet media coniunctio Saturni et Iovis a proxima media immediate sequente vel precedente semper distat per 20 annos non integros sed minus 51 diebus fere Unde sequitur primo quod quelibet talis minor coniunctio que communiter dicitur fieri in viginti completur in 19 annis et 313 diebus fere Secundo quod magna seu media coniunctio dictorum planetarum quam aliqui dicunt fieri in 60 annis fit in 59 annis et 209 diebus fere Tercio quod maior eorum coniunctio que fit de una triplicitate in aliam et communiter dicitur fieri in 240 annis completur in 238 annis et 214 diebus fere Quarto quod maxima coniunctio que dicitur fieri in 960 annis fit in 953 annis et 91 diebus fere Et sic in qualibet octo predictarum esset differencia de septem annis vel circiter quando septem anni essent a qualibet huiusmodi coniunctione subtrahendi Et forte hanc impressionem voluit deus ut secreta celi absconderet ab indignis ne eis ex nimia familiaritate vilescerent Ex predictis eciam patet quod ante diluvium non fuerunt tres maxime coniunctiones medie sicut in preallegatis auctoritatibus secundum unam opinionem posui Ex quo errore dicte


octo coniunctiones male fuerunt con-
signate sed plus fuerunt due medie
et forte fuerunt 36 maxime con-
iunctiones vere quia cum una fuit
22 annis fere ante diluvium ut sta-
tim dicetur verisimile est quod in 2020
annis precedentibus fuerunt due quarum
prima fuit forte in principio mundi vel
prope et licet verisimile est illa notabilis
coniunctio superiorum planetarum ad quam
Albumasar et Alfonsus habuerunt
respectum circa principium mundi sicut
inferius tangitur cuius rei veritatem hic
sub dubio pono quia dependet ex
veritate prime figure celi que fuit
in creacione mundi que valde nobis
dubia est et difficilis ut manifeste
patet ex supradictis et infra dicendis

Ex predictis patet clare quod
duobus annis ante diluvium
non fuit aliqua maxima
coniunctio in capite arietis
sed eciam non fuit aliqua coniunctio sa-
turni et iovis tantum in ariete sicut dictum
fuit in principio huius tractatus verumtamen
circa finem primi tractatus de concordia
astronomie et historie communiter allega-
batur dixisse arabes astronomos sed
huius allegacionis falsitas ostenditur
nam secundum in hiis radices motuum
planetarum secundum Alfonsum positas licet
aliquantulum iam supradictas invenitur
quod ante diluvium duobus annis cum 21
diebus fuit coniunctio media iovis cum
saturno in 19 gradu sagittarii sed vera
coniunctio eorum huic medie correspondens
precessit dictam mediam in 11 diebus
ita illa vera coniunctio fuit ante diluvium
duobus annis cum 24 diebus et fuit
in 14 gradu Sagittarii et sic patet contra
illum dictum quod utraque coniunctio tam vera
quam media immediate precedens diluvium
fuit in Sagittario et non in Ariete sed
tamen verum est quod ante diluvium 21
annis completis cum 231 diebus fuit
iovis et saturni media coniunctio in 16
gradu arietis et vera eorum coniunctio illi
medie correspondens precessit eam in 143
diebus fere et fuit in sexto gradu arietis
videlicet ante diluvium 22 annis cum
24 diebus et licet dicta sit prima in tri-
plicitate ignea et una de maioribus
quia circa principium Arietis nec alia vera

eorum coniunctio in principio arietis hanc
precessit vel eciam sequebatur circa ea-
dem tempora et illa est valde nobilis coniunctio
et quam Arabes Astronomi notasse
concedendum est verum in eius allegacione predicta
dicta repeto vicium scriptoris fuisse cum
scripsit 2 annis ante diluvium cum
scribere debuisset 22 annis et supple
24 diebus insuper verum est quod 80 annis
fere ante dictam veram coniunctionem dic-
torum planetarum fuit una media eorum coniunctio
circa principium arietis videlicet in septimo
gradu eius sed vera coniunctio ei corres-
pondens sequebatur mediam in 110 die-
bus fere et fuit ipsa vera coniunctio
in 18 gradu prefati utrum autem predicte 36
coniunctiones saturni et iovis de propinquo di-
luvium precedentes per eius fortificacionem
naturaliter operate fuerunt iudicio astronomorum
relinquo sed quod hec vel alie constel-
laciones ad hoc fuerint non reputo theo-
logice veritati contrarium sicut in predictis
tractatibus satis notavi

Ex dictis de figura in inicio mundi quam
secundum unam opinionem posui in
primo tractatu predicto Restat dubium
utrum illa stare possit in veritate cum
supra in 16 capitulo multa contra eam dubia
obiecta sint hic dico propter dictas obiec-
ciones aliam dandam esse non tamen
multum distantem ab illa in qua secundum aliquos
ponitur cancer ascendens sed iupiter in eodem
ascendente ut in sua exaltacione Mars
eciam in septima domo scilicet in 28 capricorni
et in sua exaltacione et in hoc concordat
Albumazar in introductorio tractatu quinto capitulo
septimo allegans circa hoc antiquitatem
verumtamen idem Albumazar et Alfonsus
ponunt eciam circa inicium mundi secundum circu-
itum annorum non multum distancium et ut
videtur possent inter se ex eorum consideracione ipsi
non habuerunt in huiusmodi inicio respectum
ad situs planetarum in signis sed ad eciam
magnam et notabilem coniunctionem superiorum planetarum
circa ipsa per eos descripta sicut ex calcu-
lacionibus deprehendi posset et forte deus
voluit hoc inicium mundi in huiusmodi coniunctione
maxima notabili sed tamen in hoc non concor-
dat communis opinio cum tamen invenire planetas
in locis suis aptis ut communiter omnes pretendunt
licet diversimode hinc et inde est multum
laboriosum unde talem primam figuram celi
valeat describere et consequenter ad eam
alias coniunctiones minores magnas maiores

et maximas posse calculare esset opus utile sed difficile et quod speciales requireret tractatum hoc autem non est presentis negocii sed maiori eget inquisitione ad sublimitatem astronomice sciencie pertinente Sequitur Figura



Nota quod aliqui ponunt Mercurium in 14 geminorum sed quia non potest tantum distare a sole Nam maior eius distancia a sole 23 graduum ponatur ergo in ariete vel pisce ubi plus dumodo non distet a sole ultra 23 gradus

Ex premissis etiam clare patet quod secundum veram figuram celi ponenda est alia quam illa que in dicto tractatu posita est sic etiam ille octo medie coniunctiones maxime que ex racione supius consignate sunt multum distant a locis eorum sub quibus consignate sunt fuerant in duobus precedentibus tractatibus et ideo ad quas coniunctiones huiusmodi aliter applicande sunt maxime alteraciones et mutaciones rerum quam notate fuerunt in toto processu tractatus de concordia astronomie et historice veritatis Verumtamen applicaciones notabilium rerum gestarum ibidem consignate non sunt propter hoc contemnende quia multipliciter salvari poterunt Primo per consideracionem ad coniunctiones veras non solum maximas sed etiam ad alias de quibus aliquae valde notabiles supius recitate sunt Secundo poterunt huiusmodi applicaciones salvari per consideracionem ad revoluciones magnorum orbium et stellarum

et planetarum eis dominancium de quibus supra dictum est Tercio per consideracionem ad coniunctiones medias que fiunt in mutacionibus de una triplicitate in aliam in 240 annis vel circiter Et hanc applicacionem valde pertinenter et diffuse persecutus est ille Abraham predictus in suo preallegato tractatu de quo hic aliqua breviter notare decrevi

Sciendum est igitur quod ille auctor incipit a coniunctione magna que testificabatur super regnum israel que habuit exordium in triplicitate aquea in medio cursu intrante in primum minutum arietis in tercia parte octave hore vicesima quinta die mensis Adar hebrei 2364 anno a creacione mundi et tunc inceperunt Saturnus et Jupiter coniungi in medio cursu quasi in medio primi gradus piscium Sed fuerunt coniuncti in vero cursu eorum in principio predicti anni in 28 gradu Aquarii que est triplicitas aerea et fuit secundus gradus leonis ascendens secundum clima egypti ubi tunc erat israel Et Aries in medio celi et due hore erat sol quam est duo ascendentes et erat in 10 domo secundum gradus signorum et secundum equaciones domorum erat in 9 domo Et Saturno et Jovi apparuit virtus solis in 9 domo que est domus gaudii solis Et Mars dux

domus solis erat cum eo in Ariete et re
spiciebat Saturnus et Jovem in septima
domo cum luna amicabili aspectu h(ec) co
niunctio ut ipse dicit significavit maxim(um)
genus ortum in hoc seculo et q(uod) renova
retur nova lex que adduceret(ur) usq(ue)
ad extremum terre quia fulgor solis
in media revolucion(e) anni fuit in medio
celi et quia ascendens est signum forte et
similiter signum in quo est coniunctio sig
nificat q(uod) Regnum illius gentis erat
stabile et durabile multum videlic(et) tan
tum q(uan)tum sunt maximi anni solis qui
sunt 1461 Deinde applicat ista ad
nativitatem Moysi et aaron et ad sub
mersionem filior(um) isr(ae)l p(er) pharaonem
et admiracula in egipto facta et ad exitum
iudeor(um) de egipto et ad legem Moysi
datam q(uando) p(er)venit sol in puncto aug
sui in geminis et ad p(re)lia et ad victorias filior(um)
isr(ae)l et ad mortem Moysi et ad ing(res)
sum Josue in terram p(ro)missionis et ad
mortem senior(um) qui vixerunt post Josue
Et concludit q(uod) quotiensq(ue) cadit coniunc
tio in p(ri)stinis ubi fuit in illa p(ri)ma coniunc
tion(e) renovat(ur) s(upe)r isr(ae)l aliqua nova tribu
lacio Et h(ec) de illa coniunctione sufficiant

Post illam p(ro)sequit(ur) aliam
sequentem coniunctio(n)em magnam
in triplicitate ignea que s(ecundu)m
medium cursum fuit in Arie
te que testificabat(ur) sup(er) Regnum isr(ae)l tri
bulaciones et mala quor(um) maxima p(ar)s
debebat venire ex p(ar)te orientis Et in die
bus illis incepit Regnum Ethiopie
et surrexerunt multi reges con(tra) isr(ae)l et
Reges isr(ae)l qui fuerunt tempore illius coniunc
tionis parum duraverunt Post illam se(quitu)r
alia coniunctio in triplicitate terrea que incepit
in Thauro Et in hac detecta fuit p(ro)phe
cia in isr(ae)l Et regnum eius habuit p(r)incipium
Et sub hac natus fuit David Rex
in anno 12° a coniunctione Et tunc palam
apparuit Samuel p(ro)pheta in isr(ae)l et hec
significavit q(uod) Rex Saul qui tunc regna
bat debuit parum vivere et sup(er) fortitu
dinem et stabilitatem Regni David signifi
cavit Sed tamen sup(er) divisionem Regni et q(uod)
in eo surgerent p(ro)ditores con(tra) Regnum
Salomonis et duravit p(ost)ea regnum isr(ae)l
tot annis quot sunt maximi anni
Martis qui sunt 284 Sequens coniunctio
triplicitatis aeree incepit in geminis et sig
nificat abscisionem regni isr(ae)l Et in anno quinto
illius coniunctionis qui p(er)venit revolucio
ad Arietem quod est signum Martis
Salmanasar rex assirior(um) captivavit

iudeos Alia coniunctio de triplicitate aquea
incepit in Cancro et h(ec) signavit domi
nium sup(er) isr(ae)l et exulacionem et captivitatem
iudeor(um) Sed tamen designavit liberacionem
a captivitate in brevi Et Nabucho
donosor Rex Babilonie captivavit
Jeconiam Regem Juda Et in hac co
niunctione cepit Rex Babilonie totam
terram Egipti et fuit deserta isr(ae)l 70
annis Postea evaserunt Judei a cap
tivitate et non duravit Regnum Na
buchodonozor sibi et filiis suis nisi
septuaginta annis Et venit Regnum
p(er)sar(um) et medor(um) qui regnavit 230 an
nis et hoc fuit 66 annis antequam
reedificaretur ih(e)r(usa)l(e)m Et postea venit
Regnum Alexandri Macedonis qui reg
navit 12 annis Et post ipsum fuit
Regnum Babilonie in quatuor partes
Et aliq(ui) illar(um) p(ar)cium non duraverunt
nisi parum Et hoc evenit q(uia) signum coniunc
tionis fuit mobile Sed Regnum isr(ae)l dura
vit et confortatum fuit q(uia) deus dedit
eis plus q(uam) p(er)mittebat planete De
quinta coniunctio de triplicitate ignea incepit
in leone et significavit anxietates
et penas et tribulaciones sup(er) sapientes
et scribas qui fuerunt tunc in isr(ae)l
et remanserunt in illo regno q(uam)diu
duraverunt coniunctiones in hac triplicitate
Post hanc sequit(ur) coniunctio in triplicitate
terrea que fuit in virgine et signifi
cavit finem dier(um) Regni q(uia) significa
tores omnes coniunctionis revolucionis fuerunt
signa aspiciencia se p(ro)pter hanc Et
nomen et fama erat tunc sup(er) terram
sicut fulgor solis qui est in medio celi
usq(ue) ad hanc coniunctio(nem) Et in p(r)imis
coniunctionibus fuerunt planete et luna
ria et coniunctiones significantes exal
tacionem isr(ae)l hic significaverunt con(tra)
videlic(et) occultacionem legis et defectum
Regni isr(ae)l Et tunc evenit captivitas
p(er) manum titi post 20 annos ab hac
coniunctione Et in hoc fuerunt p(er)fecti
anni a nativitate Moysi 1680 Ex isto
app(ar)et q(uod) Christus benedictus salvator
n(oste)r natus fuit sub coniunction(e) p(re)cede(n)
te quia eius nativitas p(re)cessit pluribus
annis titum et illam captivitatem iudeor(um)
Post illam coniunctio(n)em sequit(ur) coniunctio
magna in triplicitate aerea sed illam ut
credo industriose omisit ille Sabraa
Judeus nec ante istam nec post aliquid
specialiter loquit(ur) de Christo aut lege
christianis Sed p(ro)sequitur de coniunction(e) mag(na)
que incepit in triplicitate aquea in Scorpion(e)

que significavit nova secta falsa
et mendacem prophetarum nascitur de
vilibus parentibus scilicet Machome
tum de quo et eius regno et lege diffu
se loquitur et dicit quod regnum illorum ge
tium duraret tot annis quot sunt
maximi anni Veneris videlicet 1041
et finaliter concludit quod ille vilis propheta
surrexit in quarto mense arabum et
non regnavit usque pervenit ad etatem
41 anni et regnavit xxj annis
et obiit viliter. Alia coniunctio sequens
incepit in triplicitate ignea et fuit in
Sagittario et significavit super Reg
num Sarracenorum et defectum eius ista
quod maxima pars eorum fugit in Hispa
niam. Ultima coniunctio quam iste ponit
suo tempore fuit in triplicitate terrea que
incepit in Capricorno et hoc significavit
bella et tribulationes magnas ex parte
occidentis. Et in hac coniunctione incepit
debilitari regnum Sarracenorum et in con
iunctione sexta illius triplicitatis surrexerunt
gentes christianorum ad recuperandum regnum
Iherusalem de Sarracenis et fuerunt prelia
in Hispania in omnibus regionibus in
quibus Sagittarius habebat etiam
potestatem per christianos qui tunc fecerunt
passagium ultramarinum versus Iherusalem
ad expugnandum Sarracenos. Et quia
ista coniunctio redibat ad Virginem et
fuerunt Iupiter et Saturnus coniuncti in fine
Virginis ubi fuit ascendens revolutionis
anni. Ideo significavit quod bella et tri
bulationes deberent venire in terram Iherusalem
quia coniunctio redibat ad Virginem
quia hoc est consuetudo eius quod sic
evenerunt prelia in hac triplicitate. Et
concludit quod in hac coniunctione deberet inci
pere redemptio Israel et ita ibunt leuan
do et cadendo donec veniat coniunctio ad
Aquarium ad locum ubi fuit primitus. Sed
in hac redemptione Israel deceptus fuit
iste sicut et ceteri Iudei in eius expecta
tione certa obstinatione falluntur. Verum
tamen ut ipse dicit coniunctio octava
illius triplicitatis terree ostendit multas
tribulationes in terra Babilonie et Israel
Et duodecima coniunctio eiusdem triplicitatis
que erat in Capricorno ostendit multas
tribulationes et prelia inter christianorum
et Sarracenorum per totum tempus istius
coniunctionis absque quiete sed post hanc
venit coniunctio ad Virginem in anno 1916.

et hec significat mala et guerras
per totum mundum. Et dicit quod hoc significat
initium destructionis Sarracenorum et
eorum secte nec possent narrari mala fu
tura in hac coniunctione. Sed quicquid sit de
aliis malis de bona et utili destruc
tione illius secte nondum apparuit.
Et autem ex illius Abrae dictis
breviter recitavi ut ex his
capiatur exemplum applican
di has et consimiles coniunctiones medi
as ad magnas et mirabiles eventus
rerum quales multos notavi in preallegato tractatu de concordia astronomie
et historice veritatis. Et potius sumi
radix ad consignandum tales coniunctiones
ex illa quam dictus Abraam notavit
primam que significavit super regnum Israel.
Sed quia dicit illam fuisse 2264 anno
a creatione mundi. Sciendum est quod in hoc
sequitur computationem Hebraicam sed se
cundum computationem Alfonsi multo plures
annos ponimus ut supra ostensum est.
Ideo dicimus quod illa coniunctio fuit [illegible]
annis et [illegible] 204 dies post diluvium.
Et inde ante et post fuerunt alie magne
coniunctiones computandi. Verumtamen pro
maiori concordia harum coniunctionum me
diarum que fuerunt in triplicitatibus cum
illis octo coniunctionibus maximis supradictis
expedit ab eadem radice sumere computa
tionis exordium videlicet ab illa coniunc
tione que fuit circiter per quinque annos ante
christum. Et fuit 2a coniunctio in triplicitate illa
ignea sicut aliqui probant ex hoc quia
per 24 annos et 208 dies ante nativitatem
Christi fuit una media coniunctio Saturni
et Iovis in 20 gradu Cancri vel primo
Leonis. Et secundum eos hec fuit illa coniunctio
quam Batthon doctor anglicus no
tare voluit que significavit super lege
christi ut recitavi in tractatu de legibus
et sectis capitulo quarto. Sed iste doctor vel eius
scriptor ibi defecit in numeratione annorum. Et
etiam quia illa non potuit esse in tauro
sed debuit scribi in Cancro. Et numerando
per duos annos inter Christum et Cesarem
debuit scribi quod illa coniunctio fuit in
16 anno a Cesare et in 26 anno ante Christum
et sic patet. Eorum cum coniunctio fuit in fi
ne Cancri erit attribuendo principio Leo
nis ubi incepit triplicitas ignea et per conse
quens illa coniunctio sequens fuit secunda
in illa triplicitate ignea. Et licet ista secunda
fuit coniunctio maxima tamen precedens
merito nondum fuit tamen una de maioribus

qua in ea incepit illa triplicitas vn
concludo q a qualibz istaz coniuncto[n]
potest capi radix computacionis aliaz co
niuncionum precedencium et sequencium tamen
pacius ab illa prima in qua incepit
triplicitas ignea hoc igitur presupposito
et computando annos a creacione mundi
prout supra dicto q huius coniuctiones maiores
que precedunt per 3 plures possunt considerare
hoc modo infra in tabulis descripto

Sciendum est igitur q prima coniunc
tio maior fuit secundum aliquos an
no a creatione mundi 3 2 l die 3 4 3
eiusdem anni impleti et fuit
triplicitate aerea in tercio gradu geminorum vn
ex hoc patet cuilibet legittime calculanti
q prima coniunctio minor fuit anno a crea
tione mundi 1 4 die 3 0 0 eiusdem anni incompleti
post quam aliquibus coniunctionibus minoribus
interpositis sequebatur predicta coniunctio maior
vel pacius computando hec fuit prima
minor coniunctio post illam maiorem que prima
ponitur infra et post eam alie conse
quenter prout dicte tabule docent Et
Notandum est q in prima tabula signantur
huius coniunctiones per annos a creacione
mundi usque ad christum In secunda vero per annos
a nativitate christi usque deinceps Et sunt
iste coniunctiones pacius calculate quam
ille octo coniunctiones maxime de quibus
supius dictum est

Sequuntur iam tabule

Iste tabule sunt iam posite supius an
tequam tractatum ubi ponitur pro titulo sequitur
calculacio sequencium coniunctionum et cetera
Circa vero circa finem tractatus
de concordia astrono
mie et historice veritatis
aliqua scripsi de antichristo
et signis ac preambulis adventus huius etc
notare volui quandam prognosticacionem ex
ymaginaria coniectura magis quam ex
racione certa ab aliquibus positam. Quemad
modum diximus q in capitulo de etatis
et finis huius mundi temporalis qui macro
cosmus dicitur devenienda est per etatem mi
crocosmi .i. hominis qui est minor mundus
et in se gerit ymaginem maioris mundi
temporalis ex parte corporalis et incorruptibilis
nature sic ex parte anime immortalis
gerit ymaginem mundi archetipi .i. mor
lis sapientie dei sed sic etas humana
quadripertita est in adolescentia iuventu
te senectute et senio similiter et etas
macrocosmi Et de dictarum quatuor etatum
mundi dicunt q de numero xii signorum sunt
ceteris notabiliora et quasi cardina
lia quorum duo sunt equinoctialia videlicet
aries et libra Et solsticia cancer
et capricornus et in hiis quatuor
sunt magis significatores seu plane
te quatuor regales habentes dignitates
que dicuntur exaltaciones Sol enim ex
altatur in 19 gradu arietis Iupiter quinde
cimo cancri Saturnus 21 libre Mars
28 capricorni Et sub hiis attenduntur
quatuor mundi etates Et q Adam
primus homo factus fuit ascendente a
riete in gloria solis et domo martis
vnde quia sol est origo virtutis vitalis
fuit Adam naturaliter longevus Et quidam
alii sui propinqui successores Et propter do
mum martis remansit naturaliter super primum
hominem et suam progeniem voluntas
pretendendi tendens ad mortem quia mars
dicitur quasi mors vn primus homo
habuit duos filios vnum sub sole na
tum scilicet Abel iustum Alium sub mar
te scilicet Chaym Moyses autem natus
fuit ascendente cancro in gloria Iovis
et domo lune Iupiter autem naturaliter preest
pontificibus et prelatis sicut fuit Moy
ses Et quia cancer signum est aquaticum
et est mansio lune que habet significare
super aquas ipse per tempus quasi miraculose
mansit in aqua vn ex hoc nomen
accepit Moys q est aqua Q vero
cancer retrocedens est. et lex Moy
saica modo retrocessit Dominus autem no
ster Ihesus christus fuit natus. Ascendente li
bra in gloria saturni et domo veneris
Saturnus vero vt autem Messahalla significat
habet super gentem Iudaicam seu fidem eius
Et primus est gloria super regnum vn
dominus Ihesus inquantum homo ex for
tune nativitate dictus est Rex Iudeorum
Et sibi tamquam summo libratori et iudici
datum est omne iudicium Ex libra vero
inquantum est domus veneris michi videtur
christus principaliter inquantum homo nisi q
in laude eius extolluntur cantica mu
sicalia Ipsa namque super musice orga
na significare habet hec autem dicta sunt de
christo quantum ad eius humanitatem quia ve
rus et naturalis homo fuit Sed super eius
divinitate est etc. et super propositum
prius aliquid commemorari Antichristus
vero nascetur ascendente capricorno
in gloria martis et domo saturni horum
namque naturaliter pessimarum coniunctionum

Possidebit et proprietates a Marte in
maliciis gloriabitur in discordia furi-
dia et falsitate et in elacione maxima
A Saturno autem et mansione eius ha-
bebit avariciam odium detractionem seduc-
tionem et omnia mala occulta sicut a Mar-
te mala manifesta ut testatur Albu-
mazar in floribus suis. His autem cor-
respondent quatuor tempora. Primum tempus
ante legem ab inicio mundi usque ad
Moysen. Secundum tempus legis a
Moyse usque ad Christum. Tercium tempus gracie
a domino Ihesu Christo usque ad antichristum.
Quartum tempus malicie et perfidie ab anti-
christo vel fere usque ad finem mundi. Et
his quatuor temporibus vel etatibus mundi
correspondent quatuor etates hominis
et quatuor quarte celestis circuli. Nam
prima que est ab ariete ad cancrum
est calida et humida vernalis et est quar-
ta adolescencie. Secunda a cancro
ad libram calida et sicca estivalis et
quarta iuventutis. Tercia a libra ad ca-
pricornum frigida et sicca autumpnalis
est quarta senectutis. Quarta a capricor-
no ad arietem est frigida et humi-
da hyemalis est quarta senii et decre-
pite etatis. Ex premissis ergo concluditur
isti quod sicut spacium celestis circuli quod est
ab ariete ad libram est medietas illius
circuli equalis alteri medietati a libra
ad arietem. Sic quantum est spacium temporis
lapsi ab Adam sive a principio mundi
usque ad Christum tantum naturaliter debet esse a
Christo usque ad finem mundi. Sicut autem per
Saturnum et Martem senescit homo quia
ipsi sunt corruptivi caloris vite et hu-
moris naturalis et vitalis. Sic per illos pla-
netas finietur hic mundus corruptibilis
et ultimo finietur per modum circuli apud
signum arietis quod est signum igneum in
quo duo planete ignei videlicet sol et
Mars habent suas potestates ut dictum est.
Et ideo mundus dei per ignem huius seculi
putredines consumentem finietur sicut
scriptura testatur. Ulterius attendendum
est quod inter quatuor tempora et signa predicta et per-
et signum nativitatis domini nostri Ihesu Christi
spiritualiter attestatur distinctioni et legis sue. Nam
libra est signum humanum. Unde libra
tocius hominis utpote hominis districti
et iusti ac spiritualis. Tempus eciam
et etas senectutis est tempus et etas discre-
cionis et spiritualitatis. Reliqua vero signa
sunt irracionalium seu brutorum animalium
quasi indiscrecionis et brutalitatis. Tunc mundi
sunt eciam reliqua tria tempora et etates
mundi. Signum arietis quod opponitur

libre. Et tempus quod precessit ante legis
perfectionem maxime corporalia fuerunt. Sed signum
libre et tempus gracie potius sunt spiritua-
lia. De hiis ergo ista dicta sunt non cer-
titudinaliter affirmando sed probabiliter con-
iecturando.

Licet autem hic possem huic tracta-
tui finem imponere quia tamen
non solum in hiis tribus ultimis
tractatibus sed eciam in aliis quibusdam
prioribus aliqua scripsi de motibus
corporum celestium, ideo ad eorum maiorem
clarificacionem hic aliqua simpliciter posui.
Et primo quia in tractatu de ymagine mun-
di capitulo tercio dixi de cursu solis et eius
anno et diebus et specialiter in tractatu
de legibus et sectis capitulo ultimo de quan-
titate anni solaris et de equinoctiis
et solsticiis et de hiis eciam in tractatu
de correctione kalendarii. Hic autem ad
eorum supplementum notandum est secundum Ca-
panum capitulo decimo sui compoti quod annus
solaris vere loquendo est spacium temporis
quo sol movetur ab aliquo quolibet (hic est quocumque)
puncto sui circuli quousque proprio motu penitus
redeat ad eundem. Hoc autem spacium secundum
quod posuit Ptholomeus est tempus quo sol
movetur ab uno alterutro duorum solsticiorum
quousque redeat ad idem solsticium vel ab
alterutro equinoctiorum duorum quousque re-
deat ad idem equinoctium. Et continet secundum
ipsum 365 dies et sex horas minus trecen-
tesima parte unius diei. Et secundum opinionem
hanc solsticium precessit diem Nativitatis
Christi sex diebus et fuit decimanona
Novembris. Sed Albategni licet cum
Ptholomeo in predicta diffinicione anni so-
laris conveniat tamen ab ipso discre-
pat in quantitate temporis quia ponit illud
tempus esse 365 dies et sex horas minus
centesima parte unius diei. Et secundum hanc
opinionem solsticium fuit 21 Decembris
anno Nativitatis domini nostri Ihesu Christi.
Secundum ergo predictam anni diffinicionem notandum est
ut secundum predictas posiciones Ptholomei et
Albategni semper idem punctus circuli solis
sit in loco solsticii et semper in loco equinoctii.
Sic ergo circulus solis non mutat situm respec-
tu punctorum solsticialium vel equinoctialium
sed semper manet respectu eorum tam in auge quam
in omnibus aliis punctis suis secundum habitu-
dinem unam. Octava ergo stelle fixe mo-
ventur ab occidente in orientem quinque
singulis 100 annis uno gradu sicut ponit

Ptholomeus maius est tempus quo sol
movetur ab aliqua stella fixa quousque
redeat ad eandem quam sit ille annus
solaris secundum positiones predictas verum est
tamen quod si aux solis et cetera punc
ta sui circuli essent fixa semper compa
rata ad puncta solsticialia et equinoctia
lia verum esset illud in quo conve
niunt dicti philosophi videlicet quod annus solis
esset reditus a solsticio in idem solsticium
sive ab equinoctio ad idem equinoctium
Sic enim reditus a solsticio ad idem solsti
tium esset equalis reditus eius a quolibet
puncto sui circuli ad eundem punctum Et
similiter etiam de equinoctio Sed posterio
res philosophi non invenerunt ita esse ymo au
gem solis et cetera puncta sui circuli inve
nerunt moveri secundum motum stellarum fixarum
et adherere eis semper secundum habitudinem
unam Ita quod aux solis stelle fixe cui in
[illegible] si qua sit vel puncto firma
menti si fixa non sit ibi semper fuit quie
ta et semper erit nec habet aliquem motum
sibi proprium nisi racione firmamenti et sic
est de augibus aliorum planetarum et eorum
circulis Annus ergo solaris est redi
tus eius in suo circulo ab aliquo quolibet
puncto ipsius circuli ad eundem videlicet est
secundum istam positionem quod annus solaris est
reditus eius a quolibet stella fixa ad
eandem sive ab aliquo puncto firmamenti
ad eundem Et fit iste reditus secundum eos in
365 diebus sex horis et novem minutis
et 2a unius hore et 3a unius diei Et
in hoc excedit annus solis secundum istam
positionem temporis 365 dierum et 6 horarum
quo tempore utitur ecclesia Romana et ce
tera [illegible] ut probat Campanus si sin
gulis 164 Romanorum et grecorum adderemus
diem unum esset [illegible] annorum [illegible]
Sed propter hoc non erit
firmata habitudo solsticiorum et equinoctiorum
ymo si vera sit opinio Ptholomei de motu
stellarum fixarum solsticia et equinoctia semper
pervenirent habitudines suas Et accidet ut
annus sit 1 diversitate defluet per singulas ha
bitudines temporis et quod incipiet in solsticiis
et equinoctiis et in quibusdam distantiis
ab eis posteriores autem modum istum motus stel
larum fixarum non invenerunt sed eas invenerunt
moveri ab occidente in oriente usque ad aliquid
deinde non procedere ultra sed redire ad occidentem

item usque ad aliquid Et ideo dixerunt
eas moveri motu accessionis et recessionis
Et istum motum affirmavit Thebit et
posuit principia per que motum predictum fatetur
esse circularem et salvavit ea que apparent
et accidunt motui stellarum fixarum
Hanc autem positionem Thebit
de qua tetigi in fine tractatus
de legibus et sectis et alibi
pulchre explanavit Campanus ubi
supra et dicit Cum secundum illam duplex est
signorum orbis Unus fixus et alius mo
bilis Et fixus quidem intelligitur esse de
scriptus in spera nona mobilis mobilis
vero in octava Et uterque ipsorum dividitur
in 12 signa Sed immobilis continet ista
denominatione tantum Mobilis vero ista sig
continet secundum rei veritatem Unde ipse
est distinctor ymaginum signorum predic
torum zodiacum componentium Et capi
ta Arietis et libre mobilis distant
semper equaliter a capitibus Arietis
et libre fixi describentes in superficie spere
none duos parvos circulos circa ipsa quorum
capita arietis et libre immobilis sunt
poli et quasi centra Et arcus orbis
magni ab ipsis polis in eorum circumferen
tias descendens qui est quasi semi
diameter eorum quantus gradus 4 et 18 minuta
et 2a Formam autem et modum huius
motus diffuse prosequitur Campanus
finaliter concludens quod ex hoc motu
accidit ut stelle fixe videantur moveri
versus orientem et occidentem Nunc
motu tardo nunc motu veloci Cum
enim caput Arietis mobilis fuerit dis
tans ab equatore in circulo parvo predicto
per quartam ipsius parvi circuli aut prope hoc
quod est in duobus circuli parvi scilicet opposi
tis videbuntur stelle fixe moveri ad
eam partem ad quam moventur motu
tardo in uno scilicet quadrante eorum ad partem ori
entis et in eius opposito ad partem occi
dentis Cum vero caput Arietis mobilis
fuerit in altera duarum sectionum equatoris
et circuli parvi aut prope eas videbuntur
tunc moveri ad eam partem ad quam
moventur motu proprio veloci Una quidem
ad partem orientis et in eius opposita ad
partem occidentis Unaque propter inventa est
diversitas in motu earum Ptholomeus
autem quando ipse comparavit loca earum
inventa in tempore suo ad loca earum ab

Abrachis et alii antiqui philosophi ponebant eas moveri motu tardo videlicet in 100 annis uno gradu Nam tunc caput arietis mobilis erat meridionale respectu a puncto meridionalis accedens ad equatorem posteriores autem capiti arietis adhuc magis accedentes ad equatorem invenerunt magis stellas fixas moveri in 66 annis uno gradu et hoc fuit propter accessum capitis arietis ad equatorem propter quem motus stellarum fixarum fuit velocior Tempore vero Campani factum erat caput Arietis septentrionale distans a communi sectione primi circuli et equatoris de partibus ipsius primi circuli versus septentrionem 48 gradibus et 41 minutis fere Et propter hoc caput arietis distabit a communi sectione orbis signorum mobilis et equatoris versus septentrionem de partibus ipsius orbis signorum 9 gradibus 11 minutis et 24 fere Erat ergo in tempore illo locus intersectionis predicte orbis signorum mobilis et equatoris super 20 gradu [illegible] et 14 signi piscium Et alia sectio opposita super consimilem partem Virginis Postea vero multipliciter variatus est motus iste sicut Campanus diffuse declarat Ex his concludo quod stelle fixe in tempore Ptholomei et suorum predecessorum quorum consideraciones ipse assumit movebantur ad occidentem et non ad orientem quemadmodum ipse putat Tunc enim erat caput arietis mobilis meridionale ab equatore et caput libre septentrionale in quo situ est motus earum ad occidentem Causa autem erroris eius non fuit propter debilitatem scientie sed fuit paucitas temporis predecessorum considerancium loca stellarum fixarum in suis temporibus et ea per scripturam memorie commendancium Unde non fuit ei possibile ut cognosceret istum motum propter eius tarditatem et predicti temporis paucitatem et istum errorem Ptholomei et motum sue spere quem posuit Thebit et formam eius et ea que accidunt ex eo diffusius prosequitur Campanus quam huius tractatus brevitas explicare sufficiat Hunc motum ipse dicit sequuntur omnes spere inferiores que sunt septem planetarum et auges earum Sed Thebit posuit unum finaliter concludit Quod orbis signorum fixus non est circulus quem describit sol motu proprio quemadmodum scripsit in compoto suo Robertus Linconiensis Sed est unus circulus maior in nona spera declinans ab equatore in duas partes septentrionis et meridiei quantitate 23 gradibus 33 minutis 30 secundis 20 tertiis Circa cuius intersectionem cum equatore moventur capita arietis et libre et in eius circumferencia moventur capita cancri et capricorni quorum incipiens talis circulus solis qui est semper in superficie una cum orbe signorum mobili quem secundum ipsum et quorum omnium intelligenciam subicit Campanus figuras sensibiles rebus predictis convenientes

Sciendum est autem quod predictum motum stellarum fixarum et secundum eundem predictam quantitatem anni solaris sicut dicit Campanus Astronomi sui temporis supponebant eo quod magis concordant cum hiis que de superiorum motibus apparent quam illa que a prioribus dicta sunt Et hoc quod divine scripture magis consonum invenitur que Christum natum asserit cum dicemus preit celeste Nam secundum istum motum stellarum fixarum et predictam anni quantitatem invenies diem Annunciationis seu conceptionis Christi fuisse primum quam secutus est status equinoctii vernalis et diem Nativitatis eius fuisse primum quam secutus est instans solsticii hyemalis Sed hiis non obstantibus Alfonsus quem communiter modum astronomi sequuntur non ponit predictam anni quantitatem quam ponit Thebit sed maiorem videlicet 365 dies 4 horas 49 16 Unde tabulas alfonsi vidi et licet in multis aliis tamen in hoc specialiter quod supponunt annum solarem esse tempus semper equale et ipsum invariabile permanere et allegant quod in hoc sunt contrarie illis que observatoribus diversorum temporum sensibiliter sunt percepta et primo quidem quod antiquissimi observatores Babilonii posuerunt quantitatem anni 365 dies cum quarta diei et una 16 Deinde alii illam quartam precise posuerunt sicut Abrachis quem in hoc sequitur etiam et similiter invenit quidam Abraham fere secundum medium inter Ptolomeum et Albategni suis temporibus posuerunt ut supra dictum est Et in aliis superioribus etatibus variatum est Et tabule alfonsi ponunt ut statim tetigi et in hac racione videntur reprehendende sunt illam quantitatem constituant quasi

invariabilem et ad ostendendum in hoc discrepanciam harum tabularum cum antiquis observatoribus declarant isti doctores eam cum aliis de introitu solis in signa que magna reperitur Similiter in tempore nostro dicta ab aliquibus inventa est de introitu solis in arietem Nam anno domini 1260 inventus est ingredi arietem non in hora qua invenitur in tabulis Alfonsi Et ideo concludunt periti astronomi quod quantitas anni solaris non est constituenda semper equalis sed variabilis de maiori in minus et econverso sicut etiam motus stellarum fixarum nunc velocior nunc tardior esse comperitur ut supra patet Unde sic dicit Johannes de Muris Necessarium est propter motum octave celi et varium motum augis solis mutationemque equationis annos singulos ponere inequales Et sic ipse probat anni quantitas quam ponit tabula Alfonsi non est posita videlicet 365 quinque hore 49 minuta 16 [illegible] debet esse 48 [illegible] ut tamen quantitas ista semper manet equalis propter causas predictas

Constat igitur ex predictis quod diversa et quasi adversa diversi senserunt de quantitate anni solaris ut in preallegatis tractatibus satis scripsi sed hic clarius explicabo Unde de initio anni visualis et de eius quantitate varie gentes et naciones non minus diversimode senserunt sicut in superioribus declaratum est hic tamen michi sufficiat de initio anni secundum katholicos loqui [illegible] Romanos et grecos [illegible] licet antiquitus [illegible] aliqui [illegible] annorum ab Alexandro sumpserunt initium ut dicit Campanus Tamen ut dicit Beda aliquando [illegible] tempore [illegible] a Dyocletiani principis annum observabat Tamen post fidem susceptam katholici annos computare ceperunt a domino Ihesu Christo Et ut recitat Beda computacionem ab incarnatione Christi Dyonisius Abbas Romane urbis instituit a quo principio Gallicana et Anglicana ecclesia [illegible] quod plures non absurde annos suos computant licet gens ytalica multique quasi antiquum Romanorum morem sequentes a prima die Januarii quem mensem Romani fecerunt anni principium annos incipiant Unde hic oritur dubitatio quam in[illegible] et breviter tetigi in quarto capitulo

tractatus de correctione kalendarii videlicet cum ecclesia Gallicana que ad incepcionem annorum domini preveniat ecclesiam ytalicam et alamanicam eo quod Gallici inchoant annos Christi ab incarnacione seu annunciatione dominica ytalici vero et alamani a precedenti nativitate Christi annos domini incipiunt Econverso tamen ytalici et alamani gallicos preveniunt in maiori [illegible] et in minoris [illegible] computacione eo quod singulis annis saltem in festo circumcisionis excedunt [illegible] uno anno in computacione annorum domini Ihesu Christi Verbi gratia cum ytalici hoc anno in festo circumcisionis intrabant annos Christi 1411 adhuc Gallici computabant 1410 uno anno minus quam ytalici qualiter quod sine errore salvari ista diversitas possit [illegible] breviter in tractatu predicto sed hic distinctius clarius explicabo per distinctionem de duplici anno seu modo duplici quotacionis annorum Annorum enim unus dicitur visualis et alius emergens Visualis dicitur spacium temporis quo sol complet unam revolucionem motu proprio et hoc inchoando a kalendis Januarii modo Romano Annus vero emergens dicitur spacium temporis incipiens a quocumque momento inchoantis donec sol [illegible] suum motu proprio compleverit Dico igitur quod ytali et alamani utuntur annis visualibus in quotacione annorum Gallici vero et anglici emergentibus incipientes a die annunciationis dominice Ex hoc etiam patet quod circumcisio domini facta fuit anno nativitatis domini primo secundum loquendo de annis visualibus licet eius anno primo emergentium etiam patet quod Christus de primo anno nativitatis non habuit nisi septem dies etatis Ex quibus sequitur quod in ytalia et alamania quamvis annos nativitatis computent non debent tamen instrumenta publica aut litteras annos nativitatis domini innovare ipso die nativitatis sed in prima Januarii Ratio est quia ibi annos domini visuales quibus utuntur incipiunt et terminant exclusive Nam de primo anno domini ipso die nativitatis sue fluxere 358 dies et restabant pro complemento ipsius solum septem dies et per consequens ille annus primus domini non incepit a die nativitatis sed ante a prima die Januarii precedente diem nativitatis domini Ihesu Christi

[illegible] quia in tractatu de vero ciclo lunari et in tractatu

de correctione kalendarii plura scripsi
de anno lunari et eius mensibus hic
addam utilem distinctionem de multiplici
mensis lunaris accepcione. Sciendum
itaque quod quadrupliciter distinguitur mensis
lunaris. Primo unus dicitur annus
medie coniunctionis videlicet solis et lune
de quo et eius quantitate satis in dictis
tractatibus dictum est. Alius est mensis
peragracionis qui habet 27 dies et 8 horas
sicut tetigi in primo capitulo tractatus de yma-
gine mundi. Alius dicitur mensis mani-
feste apparicionis et hic secundum Gullelmum
trac. de creticis diebus habet 26 dies
cum dimidio. Alius dicitur mensis medi-
cinalis qui componitur ex mense mani-
feste apparicionis. Et istud trahitur ab A-
vicenna in quarto canonis phen 2 tracta-
tu 2o ca. 2o et a Galieno ubi supra un-
de relinquitur quod mensis medicinalis sit
26 dierum et 22 horarum et dividitur per quatuor
septimanas quarum quelibet continet sep-
tem dies completos sed solum sex dies
et 11 horas cum dimidia quod sic patet
quia medietas 26 dierum ~~horarum~~ et 22 horarum
erunt 13 dies et 11 hore pro duabus sep-
timanis illius mensis et totidem pro reliquis
duabus quibus dies et hore si dividantur
erunt sex dies et 11 hore cum dimidia
pro qualibet septimana et hanc computacionem
debet considerare medicus in iudicando de
creticis diebus unde patet quod in hoc sicut
in pluribus aliis medicus habere
debet astronomice sciencie aliquam no-
ticiam sicut et quilibet phisicus. Hec igitur
de elucidacione tractatuum nostrorum dicta suffi-
ciant.

Ut autem operi finem
imponentes deo gracias
agimus. Primo hec octo trac-
tatus satis utiles ex sapientum dictis ipso
donante colligimus. Primum de ymagine
mundi. Secundum de epilogo eius. Ter-
tium de correctione kalendarii. Quar-
tum de vero ciclo lunari. Quintum de le-
gibus et sectis contra supersticiosos astro-
logos et tres ultimos de concordia
vere astronomie cum theologia et histo-
rica veritate et elucidacione. Sed quia
aut quosdam nobis obiecisse quod profes-
sionem nostram et senilem etatem magis
deceret circa theologica quam circa ista
illa mathematica studia occupari.
Quibus pro nostra excusacione responde-
mus quod in illis non sic intemperate vo-
cavimus quin etiam plura de presentis scismate
et unionis ac reformacionis ecclesie mul-
tos quoque tractatus utiles scripsimus. Nec illa tamen
a theologico studio credimus esse aliena
sed potius si absque vana curiositate aut
curiosa ostentacione sumantur ad fidei et theo-
logie decorem ac utilitatem ecclesie pertinere.
Nec decens estimamus esse vel utile fidelium
christiane theologice sciencie professorem
ea que in dictis tractatibus scripta sunt peni-
tus ignorare. Hoc itaque ad dei laudem
et gloriam finiantur qui sine fine vivit
et regnat in secula seculorum amen.

Editus per dictum dominum Camera-
censem cardinalem et finitus Colonie
anno domini nostri Ihesu Christi 1414 die
24 mensis Septembris.

Verum aliqui de Nativitate
domini Ihesu Christi vel gloriose
virginis Marie matris
eius utrum subiecta fuit astrorum le-
gibus. De qua questione nuper scripsi breviter
in tractatu de legibus et sectis contra super-
sticiosos astronomos ubi medium tenen-
dum inter extremas duas opiniones
quarum una astronomicam potestatem nimis
extollit alia nimis deprimit. Et hanc
extremam deprimentem persuadere nititur ve-
nerande memorie magister Heynricus de
Hassia in quodam sermone de nativitate beate
Marie qui incipit Ipse fundavit eam
altissimus ubi contra naturalem constel-
lacionem primo dicit quod in hora qua nasce-
batur non influxit ei ille tardus saturnus
torporem ignavie. Nec Jupiter dator sub-
stancie ardorem avaricie. Nec Mars fer-
vorem iracundie. Nec Sol ambiciosam dignitatem.
Nec Mercurius desiderium curiositatis. Nec Ve-
nus incendium luxurie. Nec Luna dispen-
dium inconstancie. Nec caput draconis
hanc prolem fortunando exaltavit. Nec
cauda infortunando humiliavit. Nec
aliud talium operacionum vitiose inclinavit. Licet autem
hec conclusio ex speciali privilegio gracie de bea-
tissime virginis nativitate concedatur non
tamen videtur concedenda illa quam
subdit generalis reprobacio astronomice potestatis
quasi penitus exclusiva. Ipse namque ad illius
convictionis probacionem assumit quod vanum
est et supersticiosum et christianis auribus
absonum et indignum credere quod bona stellarum
natura aut disposicio nascentes putat
et varios morum fomites nostro illam

fatuam astrologorum opinionem reprimit
mat Cum hunc vanissime supersticioni
concordiae et ex intencioni contradicunt scrip
ture sacre et sancti doctores ut Augustinus
quinto de civitate dei 2o capitulo et in multis
alijs suorum librorum passibus Et item Am
brosius in suo exameron clarus et ef
ficacibus argumentis ostendit vanitatem
huius supersticionis sic et alij doctores sancti
qui in principijs vere philosophie fuerunt eruditi
hec ille Sed quatenus ista habeant veritatem
et qualiter sanctorum et doctorum scripta in hac
materia debeant intelligi declaravi in pallega ; ha
to tractatu de concordia astronomie et
theologie Ego autem non astronomie veritatem
sed quorundam astronomorum vanitatem
semper reprobo sicut iam dudum adhuc juvenis
reprobavi in quodam sermone Francorum
Regi cuius initium fuit Vidimus stellam
eius in oriente Et amplius in quodam
tractatu seu questione de arte cognoscendi
et discernendi veros prophetas a falsis super
verbo attendite a falsis prophetis et in
pluribus alijs scriptis meis Sed adhuc
sequitur invehit doctor iste Et dicat quod quan
tum ad leges astrorum quantum illa dampnata as
trorum supersticio hominum nativitates subijcere
finxit clarum esse debet omnibus christianis
ex premissis et alijs katholicis docu
mentis et tradicionibus Quorum hanc dum
corpus prolem non gubernavit in utero
per vices ordo planetarum Nec Jupiter ille
ut dicunt nonum mensem gubernans hunc
virginis partum prosperavit Et ultimus ait quod
etiam nullus ipse Almeon hunc Na
turi angulum confortavit contra verbum
42 centiloquij Nec luna ascendente virginis
concepcionis in hac Nativitate occupat
contra verbum 24 eiusdem libri Nec hyleg
prolis vitam qualificavit Nec Alko
don annos vite eius mensuravit Nec
Athasir primus hyleg in abscisorem hanc
mortificavit hec ille Sed facilius est illa
dicere quam deducere vel ea probare etiam ex
katholica tradicione quia fides non
cogit dicere quod huius sancte prolis
nativitas omnem huiusmodi astrorum influxum
excluserit sicut nec cogit dicere quod sol eam
non calefecerit nec luna eam humectaverit
Vel quod elementorum virtus que ab astris
dependet virtute eam non qualificaverit
vel alteraverit Sed tamen specialiter descendit
ad probandum vanitatem et falsitatem
Prime Regule supertacte cuius intencio

est quod ab instanti sue concepcionis
saturnus gubernat embrionis formacionem
usque ad mensem unum Et Jupiter per
secundum mensem et ita deinceps sic
quod octavus mensis iterum est saturni
quo plurimum tunc nascentes moriuntur
ut dicunt Ista posicio ut ipse ait vana
est et superstitiosa et frivola et contra tradi
cionem philosophorum et medicorum Nam secundum Albertum
libro 9o de animalibus Et Avicennam
tercio Canonis talis est ordo operacionis
nature in formacione embrionis quod postquam
semen maris et illa debite in loco convenienti
concurrant fit ibi quasi quedam spumo
sa ebullicio lactea in qua sunt trium quasi
vesicularum seu ampullarum separaciones per
tribus membris principalibus scilicet epate
cerebro et corde formandis In secunda
formacione naturali fiunt ibi quedam gutte
rubee et quasi quedam fila rubea inter
ea operacionem quando iam fiunt quindecim
dies a concepcione apparet tota massa quasi
sanguinis coagulati Deinde in quar
ta operacione que completur communiter
xxvi die apparet totum caro et cog
noscuntur in illa carne tria dicta mem
bra principalia Albumen vero usque ad
xxxvi dies vel circa a conceptu dum
dicitur caput a spatulis et venter et
duo latera incipiunt sensibiliter appare
ita quod in 30 vel ad magis in xlta die
bus secundum expertos fit formacio seu
effigiacio embrionis humani que post
quatuor menses vel circa consueuit
moveri ut medici tradunt Huius premis
sis invehit fortiter iste doctor dicens
Attendat plus quam fatua et frivola
sit astronomorum opinio putans
planetas frigidos et siccos qualis dicitur
saturnus dominari super embrionem
fere per tempus formacionis sue cum
manifestum sit quod dicte operaciones
nature fiunt a calore naturali cuius est sic
coquere per digestionem materiam ingestam
et in sanguinem et carnem convertere
et instrumentaliter embrionem formare
Item nimium fatuum est putare quod sub
dominio qualitatum mortis que sunt fri
giditas et siccitas fiat disposicio
primaria ad vitam que in calido et hu
mido consistit Rursus dicant illi quo
modo saturnus influat naturaliter et non libe
re cessat dominari embrioni lapso primo
mense quo pacto dimittat Jovem per mensem

Secundu in quo contingit quoqz sat[2m]
in celo sortimacorem esse qui in primo
mese super dicant quo ingenio per via
experientie aut rationis sic esse comptu
sit pessicemo dicant quo peruerstat
consilio vel instictu saturnus in octauo
mense mortificet embrionem vel fetum
quem in primo a conceptu gubernans
ad vitam disponit vt asserunt Ex
his concludit quod viris et eruditi phys
pt faciliter apparere vanitas et stultitias
non solum illius prime regule sed etiam
aliarum astronomice superstitionis que
superius inducte sunt quas indignum
reputat particularius reprobare sed
magis viris tantum dignas existere tamquam
gentilium adinuencionis seruatas hec
ille hic autem fateor quod iste rationes
multum sunt apparentes et non modi
cam difficultatem inducunt Sed constat
etiam quod contra philozophicas et theo
logicas veritates sepe sunt apparentes
etiam rationes quibus solutis elucescit
plenius veritatum claritas vnde nec
desunt astronomos responsiones sue
quibus contra premissa veritatem astro
nomicam teneantur sed eas hic particulariter
discutere non est presentis negocii hic tamen
vnum generale rationis fundamentum
tangere non omittam vnde dico quod astro
nomi non attribuunt illum ordinem planetarum
ad menses quibus formatur embrio
vel fetus in vtero solum vel principa
liter embrionis fomentum vel vtilem
formationem per virtutem calorem naturalem quo
sic bene arguitur hoc non saturnus proprie
sed est principaliter solis officium non solum
per mensem vnum sed per toto tempore quo
fetus est in vtero propter quod nonne dicit
aristoteles Quod homo generat hominem
et sol Veruntamen sol principaliter
influit in quarto mense qui secundum ordinem
planetarum ei attribuitur Et ideo post quartum
menses vel circa fetus consueuit moueri
sicut ipse allegat propter aliam ergo causam
astronomi illum ordinem planetarum
attribuunt mensibus supradictis videlicet propter
aliquam specialem virtutem eis concessam
ad hoc a summo creatore inditam Nam
cum omnia immensa sapientia eos secundum situm
in celis vel septem speris sic ordinatissime
disposuerit Cuilibet ipsorum est eis specialem
virtutem dedit vt secundum eorum ordinem vir
tutes alias habet inferius producendas ordo
daretur sic embrioni et rebus ceteris
suo modo et ponatur in hoc exemplum
nobile in quo concordant non solum
astronomi sed philozophi et medici
nec discordant theologi videlicet quod sic
dixit campanus ex ordinatione crea
toris gloriosi dispositum est vt singuli
planete successiue in quolibet orizonte
dominentur singulis horis successiue
a primo instanti temporis vsque in vltimum
eo quod planete per temporis curricula inferio
ra mouent ad generacionem conseruationem
et corrupcionem licet sol maxime vt ex
periencia docet et ideo vt ipse ait con
ueniens fuit vt in prima horis temporis
sol dominium hore sibi vendicauit ergo
venus dominium habuit in 2a Mer
curius in tercia luna in quarta saturnus
in quinta iupiter in sexta Mars in septima
Sol iterum redeundo in octaua et de
inceps ceteri eodem ordine semper durante
tempore redeundo semper circulariter a luna
que est vltima ad saturnum qui est primus
Deinde descendendo ordinate per sin
gulos medios Et sic in 24 hora que est
prima secunde diei dominabitur luna et
in 49 que est prima tercie diei dominabitur
Mars et in 73 que est prima quarte
diei Mercurius Et in 97 que est prima
quinte diei iupiter Et in 121 que est prima
sexte diei Venus Et in 145 septime
diei que est prima Saturnus Rursus
autem in 169 horis reuertitur dominium
quia est prima hora octaue diei ad
solem et ita deinceps secundum predictum tamen
Et quod hec applicatio vera sit aut non va
na aut superuacua multipliciter decla
ratur Primo quia philosophi primi ista consi
derantes distinxerunt tempus per septimanas
dierum naturalium qui in hoc non absurde secuti
sunt creatorem per viam harum reuelacionum
operantem sex diebus continuis omnia per
ordinem faciendo et quiescendo septima
die ab omni opere quod patratat Et vero
quibus harum reuelacionum septimana a
septem et mane sit dicta quia ipsa continet

septem mane hic est septem primas horas
dierum naturalium a septem planetis denomi-
tas ordine supradicto Secunda patet propositio
quia ex hac consideratione philosophi denomina-
verunt quemlibet diem ab illo planeta
qui in prima eius hora dominium obtinet
ut diem primum quem dominicam vocamus
nominaverunt diem solis 2m lune 3um
Martis 4tum diem Mercurii 5tum
diem Jovis Sextum diem Veneris Sep-
timum quem Sabbatum dicimus propter
memoriam antique legis vocaverunt
diem Saturni Unde ex hiis concluditur
solem esse supra Venerem et Mercurium sicut
posuit Ptholomeus et non sub ipsis sicut
posuerunt plurimi et Geber Aliter cum
diem solis qui est dominicus sequeretur dies
Jovis et deinde dies Mercurii et post
eum dies Saturni que vocatur dies sab-
bati et hanc sequeretur dies Veneris et
postea dies lune et consequenter dies Martis
deinde rediret ad diem solis quod
apud omnes absurdum est et numquam au-
ditum Ex hiis etiam sequitur quod merito
luna que post solem sensibilius operatur
et tamen secundum lunare mane in apparen-
cia debuit in prima hora secunde diei
sibi merito dominium vendicare sicut
qui fortior est omnibus prime diei primam
horam obtinuit Unde ex hiis patet quod dicta
applicatio planetarum ad horas dierum valde
est approbata et communiter ab omnibus approba-
ta Tertio dicto patet quia etiam a medi-
cis peritis observatur Nam cognita die electa
ad flebothomandum considerant horam
diei convenientem qua aperienda est vena
cognita dominatione planetarum quis eorum sit
benivolus quis malivolus quis indifferens
seu medius. Nec solum in flebothomiis
sed in aliis quod ista nimis curiose con-
siderant Unde Bacon magnus doctor
anglicus in epistola ad Clementem papam
non laudat vulgi consuetudinem quia
principium diei sabbati qui est dies Saturni
planete malivoli non attendit Sed illa
die peritis in omnibus negotiis operatur
Ego vero eum in hoc non laudo sicut nec in parti-
bus aliis in quibus nimis excessive
mathematicam peritatem extollit Non enim
ut theologus doctor simpliciter catholicus ad
talium horarum superstitionem electorum indu-
cere Hic vero Notandum est Quod secundum ali-
quos illa que superius narrata sunt de dio

planetarum secundum successionem horarum
diei et noctis intelligi debent de ho-
ris inequalibus de quibus quelibet di-
es artificialis similiter et nox quantumcumque
tamquam brevis vel longa habet precise 12
horas quas Campanus vocat temporales
et Johannes de Sacrobusto naturales et
non de horis equinoctialibus seu equalibus
quarum quelibet est 24ta pars diei natura-
lis de quibus artificialis quandoque habet 12
quandoque plures quandoque pauciores horas
et proportionaliter nox artificialis Insuper
initium diei artificialis in proposito su-
mitur ab ortu solis ut ista dicunt patet
in Albubicio differentia 2a capitulo ultimo
Hec igitur paulisper ab incepto digressus
incidenter inserui Ceterum si doctores
katholici sequentes in hoc virum commen-
siam concedant istam applicationem do-
minii septem planetarum ad horas diei
respectu eorum que fiunt in universo Non
video cur peritiam negare debeant illam
supradictam astronomorum applicationem
dominii eorundem planetarum ad novem
menses quibus conceptus prolis que fovetur
in utero et hec de isto sufficiant Sed iam
ad principale propositum regrediens dico
pro conclusione finali quod sicut Christus dominus
salvator noster de lege mosaica ait Non
veni solvere legem sed adimplere sic nec ipse
solvere voluit legem nature videlicet quan-
tum ad ea que circa ipsum vel eius virgi-
nem matrem benedictam acta sunt quantum
modo humano vel naturali Ut excludam
in hiis ea que divinitus speciali privilegio
non nature sed gratie facta esse christiana
tradit auctoritas Nam in aliis verum
est iuxta apostoli doctrinam quod per omnia vo-
luit consimilari fratribus suis ceteris homini-
bus Et ideo concludo quod non solum Christus
tempore aut Nativitatis benedicte vel beate
Virginis matris eius sed toto eorum vita mortalis
sicut et ceterorum hominum naturalis conditio quantum
ad illa subiecta fuit naturalibus legibus non solum
astrorum vel corporum celestium sed etiam ele-
mentarium celestibus subiectorum ut supra tactum
est sed non quantum ad alia in quibus nec primus
nature potentia nec peritas astronomica se exten-
dit prout hec plenius in predictis tractatibus
declaravi Nec huic conclusioni contraria
est katholicorum doctorum traditio sicut ibidem
dixi Unde etiam ille magnus Albertus

vtique plus astronomus et theologus
quem magister prefatus de formacione
embrionis pro confirmacione sue opinionis
allegat astronomicam partem non sic
eam deprimit quod eam a Christi Nati-
tate mutat et excludere sperat cum de ea loquens
allegat illud quod dicit Albumazar
differencia prima tractatus sexti in capitulo de as-
censu ymaginum vbi ait Et ascendit
virgo in prima facie virginis puella
etc. Et subiungit Albumazar et iam scimus
quod ascendente eadem parte celi natus fuit
dominus ihesus christus Et hoc fuit ascende-
te 8 gradu virginis vel circa prout
patet ex figura natiuitatis christi quam de-
scripsi in tractatu secundo de concordia astro-
nomie cum theologica et historica nar-
racione hec tamen nunc dico Quod iudi-
cia astronomica de natiuitatibus non
solum domini nostri ihesu christi aut beate vir-
ginis marie eius sed eciam ceterorum homi-
num et aliis iudiciis astrorum valde diffi-
cilia sunt et incerta et hoc satis confitentur
peritiores astronomi et secundum sanctos doctores
theologie illam partem astronomie spe-
cialiter impugnauerunt Quorum tamen ra-
ciones quantum ad hoc magis probare vi-
dentur sciendi difficultatem quam sciencie
impossibilitatem Hec igitur de hiis dicta suf-
ficiant absque assercione temeraria sed cum
omni reuerencia et humilitate et sub correc-
cione quorumlibet probabilius docencium

Explicit apologetica defensio edita
a domino cameracensi colonie Anno
christi 1 4 1 4 die 26 Septembris

Expe et multum hoc mecum cogi-
taui Cur magni doctores
theologi eciam in sciencijs
Mathematice peritissimi cum astrologiam
de motibus celestium corporum laudauerint
Astronomiam de iudicijs extreme nichilo-
condempnauerunt cum tamen illa ad istam finaliter
ordinari videatur Et omnis antiquioribus
nunc de hiis loquar quos meis vidi temporibus

precessit illum que super concordantiam aliud
doctor eximius magister Nicolaus Oresme
qui super hac materia specialem scripsit tracta-
tum in quo vtiliter suadet quod Reges et
principes noxia curiositate solliciti non
imitantur varijs artibus occulta perscru-
tare inuestigare futura quod fieri solet per
Astronomie iudicia et hoc vtique illud
non sunt quorum tota intencio pro rei publice
regimine debet esse in consilio peticione
et negocijs agibilibus occupata Uer-
gilius cum plures artes memorasset
inter quas eciam astronomiam commemorat
illam alijs exclusit que principatum
Romanum decebat concludens dicens Tu
regere imperio populos Romane memento
hee tibi erunt artes pacique imponere
mores parcere subiectis et debellare super-
bos Cum igitur in hijs deceat et expe-
diat principatum occupatum indecens est
ipsum esse in superfluis et sibi impertinenti-
bus curiosum Et hiis quidem conclusio via
est et principum cordibus memoriter impri-
menda ac eciam maxime ecclesiasticorum
prelatorum Secunda alia conclusionem subiungit quod
michi videtur astronomia de iudicijs
astrorum minus generaliter condempnare quod
dicit eam tanquam supersticiosam curiosi-
tate non solum esse interdicenda principibus
sed eciam omni homini dissuadendam
Et hoc probare nititur auctoritate racione et ex-
perimento Et primo dicit quod debet cuique suf-
ficere tantorum virorum auctoritas cuiusmodi
sunt Augustinus Gregorius Ieronimus
Ambrosius Origenes et ceteri doctores
qui astronomiam de iudicijs inutilem
et periculosam affirmauerunt atque multum
inimicam katholice veritati Eorum vero
auctoritates longum esset inducere sed multe
recitantur in decreto 26 q. 2 Secundo
dicit quod non immerito a doctoribus reprobatur
quia proposiciones que in libris iudicialibus
posite sunt vt plurimum sunt ficte et vo-
luntarie diuinate vt patet cum non
affectate intuentur hos libros Quia
cum racione potest dici de gradibus zodiaci
quod vnus est lucidus et alius est masculus
et multa huiusmodi De domibus que planetarum
et multis similibus quis dabit racionem
vel causam Et quid magis fictum quam
de ymaginibus nonne specie de qua

Utrum sit dubitabile. Et magis est verisimile
quod non sit verum secundum Sadoroym 12o me-
thaphisice ar. lo. Hic error de ymagi-
nibus ... ortum habuit ex corrupcione
con phie et a fabulis gentilium. Item ...
dicat quod falsitas librorum de iudicijs multis
experiencijs probata et cottidie probari
potest. Et pro exemplo ponit unam eorum re-
gulam que dicit Quociens luna pue-
nit ad gradum ascendentem hora con-
iunctionis eius cum sole si ille gradus fuit
pluviosus pluet in regione illa in qua
tunc ascendebat. Huius autem regule oppo-
situm sepius expertum est quam propositum
et sic de multis alijs regulis que quamvis
licet magis moderate non sunt regule
quia ut plurimum fallunt et ideo experti
in illa arte non audent illas iudicare
quia probari potest statim an pronosti-
cata sint vera sed indicant per nativi-
tates de hominum fortunijs ea que
non cito eveniunt aut que in utramque
interpretari possunt. Tercium si de mu-
tacionibus temporum de impressionibus aeris
ut de ventis et pluvijs que imme-
diate subiacent celo et que non possunt
per libertatem humanam impediri nes-
ciunt iudicare. Quarto ergo est credendum
quod possint aliquid certitudinaliter aut
probabiliter dicere de hominum fortunijs per
nativitates vel interrogaciones aut huiusmodi
variantes. Quid dicent de gemel-
lis quos constellacio eadem concepcionis et
figure nativitatis independenter variacio de-
bet efficere consimiliter fortunatos
Cuius contrarium plerumque videtur. Sic ar-
guit contra eos Augustinus de Jacob et Esau
Sed quia dicent forte illud miraculosum
fuisse inducunt historie gentilium
Nam in causis Quintilianus narrat
de duobus geminis ita similibus ut
1ª desinens simul et semel inciperent infirmari quorum
uno mortuo alius non. Idem patet
de Remo et Romulo quos Juvena-
lis memorans inquit Geminos sub
rupe quirinos etc. De quibus nar-
rat Titus livius libro primo qualiter
eos eodem partu editos dispar fortuna
separavit. Item de duobus alijs aut
curang Erant gemini fratres sic gla-
mirie quos eadem varijs genuerunt

doste a factis. Differunt mores seu a-
yros. vnumque relictum. Et de plu-
ribus alijs narrat plinius vij naturalis
historie. Unde Augustinus vij confessionum
postquam contrarias enarravit fortunas
duorum non geminorum sed tamen in uno
indistinguibili momento natorum tan-
dem intulit dicens Certissime collige
ea que consideratis constellacionibus dicuntur
non arte dici sed sorte etc. Ex quibus
finaliter concludit ille doctor Quod
licet complexionum diversitas sit ali-
qualiter a celo que animas hominum
ad varios mores sine tamen necessitate
inclinat tamen hoc Astrologi nequeunt perscrutari
tamen quia proporciones motuum celestium
sunt insensibiles Tum quia vires astrorum
ignote sunt. Tum quia eorum iudicia fri-
volis persuasionibus vallata sunt
ut in suo exameron notavit Ambro-
sius. Unde plurima que in eorum libris
reperiuntur pocius possent improbari ra-
cionibus quam probari. Sed satis sufficit
quod per effectus et experiencias ostensum
est huiusmodi studium periculosum fore fatuum
et inane. Cuius etiam signum est quod ple-
rumque isti planetarij in suis iudicijs
non concordant. Hec ille. Circa premissa
que prima facie multum colorate et apparenter
dicta sunt hic aliquas correctiones subiungam
Prima est quod plurima premissorum faciunt
ad confirmacionem eorum que scripsi in
tractatibus de legibus et sectis contra su-
perstitiosos astronomos et specialiter per unam
conclusionem finalem qua ibi confunditur
error eorum qui per astronomiam de iudicijs
presumunt non solum generaliter sed particulariter
et distincte precognoscere atque predicere eventus
contingencium futurorum ut ibidem patet. Se-
cunda est. Tercia propter hoc non tollitur
astronomie de iudicijs auctoritas nec
penitus evacuatur ~~...~~ eius ab anti-
quis approbata potestas. Et hoc pulcre et
diffuse probat Bacon in epistola ad papam
Clementem respondendo auctoritatibus et racio-
nibus et apparentibus in contrarium. Insuper Al-
bumazar in maiori introductorio et
alij periti astronomi respondent instan-
cijs que solent fieri contra hanc nobilem
scienciam. Et unus qui alios vocatur abzemat
Ludewicus Leupoldus in tractatu suo sume

fine qui est de probatione sciencie iudi-
ciorum repellit decem sectas seu errores
eidem repugnantes Quibus repulsis
ostendit huius sciencie utilitatem et post
aliquos amphorismos seu regulas gene-
rales quibus clare ostenditur quod ipsa ex-
perimentis et racionibus sufficien-
tibus non immerito est a philosophis appro-
bata Ad hoc finaliter tendens quod con-
dicionem huius divine sciencie stoli-
ditas confutetur Et ipsa suis ex facul-
tatibus inextimabilibus commendabilis
et admirabilis habeatur et consequenter
ab omnibus cum summo mentis desiderio
appetatur Sed hiis omissis breviter
gratia ad aliqua particularia superius
tacta descendo Hec ergo sit tercia proposicio
quod distinguere vel consignare in zodiaco
et eius signis divisiones earundem et domos
vel exaltaciones et huiusmodi quibus
astronomi varias attribuunt proprietates
vel virtutes non est penitus reprobandum
Et ad propositum dixi capitulo primo tractatus
de ymagine mundi quod in signis et
partibus zodiaci varie proprietates et virtutes
ab astronomis assignantur que nec
superstitiose credende nec superbe conte-
nende sunt Illi autem superbe videntur con-
temnere qui generaliter dicunt quod proprietates
de his et similibus in libris iudiciali-
bus posite ficte sunt et voluntarie
divinate Non est enim verisimile
quod tot et tanti viri qui huiusmodi libros
scripserunt illa voluntate fingerent
ut posteros deciperent et inficerent er-
roribus genus humanum Sed verisimi-
lius est quod illas regulas suas po-
suerunt ex aliqua racione vel causa licet
non statim appareat nobis clara
Unde causa ad ista ponenda motiva fuerit
postea aliqualiter declarabo Nec ob-
stat quod obicitur de ymaginibus no-
ne spere Pro quo sit ista proposicio quod licet
probabilius sit nonam speram esse quam communiter
tamen non est necesse in ea ponere illas
ymagines quas probabiliter posuit opinio
quorundam astronomorum Nam ille poterunt
poni in octava spera sicut tetigi in illo
capitulo tractatus xv de concordia astronomie

cum theologia et historica veritate ubi
narracionem posicionum Thebit de motu oc-
tave spere Unde dicit Campanus quod y-
magines signorum continentur Quamvis in nona
spera denominative tamen secundum in octava secundum
veritatem Et ita potest dici de aliis yma-
ginibus celi superius Non obstat de falsi-
tate illius regule Quociensque luna
pervenerit ad gradum ascendentem et cetera que
licet vera sit in quantum convenit influen-
ciam lune tamen per alia potest influencia
retardari vel totaliter impediri propter quod
sit hec quinta proposicio quod astronomus non debet
per unam regulam iudicare de temperie
vel intemperie aeris sicut de pluviis et
ventis aut aliis huiusmodi Sed debet in his
et in aliis iudiciis ad multas consideraciones
diligenter attendere Et hec patet ex his que
tetigi in prologo dicti tractatus et in re-
capitulacione eiusdem predicta non obstantibus his que
dixi illa que obicitur de Gemellis
Pro quo sit hec sexta proposicio quod illa et
omnia alia ibidem obiecta probant huius sci-
encie maximam esse difficultatem et
maxime in certitudinaliter iudicando de
nativitatibus sicut superius dictum est Sed non
probant huius sciencie falsitatem aut impossi-
bilitatem quia licet ut ille ait proporciones
celestium motuum perfecte non essent ex toto
cognite tamen de his haberi potest per hanc scien-
ciam noticia que sufficit ad aliqua iudicia
sufficienter Et si quandoque aliqui immo forte plures
astronomi errent in iudicando vel
si inter ipsos sit quandoque in iudicando diver-
sitas aut non plena concordia non
est tamen propter hoc ista sciencia con-
demnanda nec eius studium contemnendum
cum similia eveniant in aliis scienciis
licet forte plus in ista quam in aliis quia
est magis difficilis Sed restat supradic-
ta dubitacio quali racione vel causa po-
suerunt antiqui tot et tantas proporciones
de iudiciis astrorum et unde talium veri-
tatem concludere potuerunt Hic dico
quod partim per experienciam partim per racio-
nalem Unde ex pluribus effectibus
per eos et eorum predecessores expertis aggre-
gando illas cognoverunt et
ex similibus similia concluserunt Et
licet de hoc multa possent induci exem-
pla hic tamen unum ponere sufficiat
quod satis videtur ad propositum pertinere

Nam astronomi antiqui septem plane
tas applicant ad climata et licet a
divisis diversimode divise ponentur in hec
assignacione signorum et planetarum ex
qua varietate in hoc oritur incitudo sicut
notavi in tractatu de origine mundi capitulo
nono tamen opinio Albumazar ab
astronomis reputatur verior que attri
buit primum clima quasi continens regiones
orientales Saturno dominio Secundum
Jovi tercium Marti quartum soli et sic
deinceps Et hec concluserunt antiqui ex
condicionibus terrarum et motibus homi
nes inhabitancium Unde quidam auctor
dicit Quorum primum clima est Natheal vel
Asatea regio terre orientalis in qua dominatur
Saturnus quia illius regionis homines
sunt valde prudentes et ad aliena capi
enda faciles Secundum clima dicitur
esse Egiptus in quo dominatur Jupiter
Unde illa terra omni fertilitate dotata est
sine tonitrui impetu sine tempestate
et sine pluvie inundacione presencia aliis
Tercium est Regio Siriorum terra promissionis
in qua dominatur Mars Unde ibidem
erant prelia ab origine mundi ut legitur
in veteri testamento Quartum est maris
Mediterranei in quo sunt insule marine
et maxima pars grecie ubi dominatur
Sol fons totius caloris qui opponitur
fonti totius humoris Quintum est Re
gio Romanorum deliciis affluencium
in quo dominatur et Venus Sextum
est Regio Burgundiorum et francorum in
quo dominatur Mercurius garrulus vero
Unde illi homines illius regionis sunt
facundi garruli divites et filii avaricie
et ad quamlibet artem satis convertibiles
Septimum clima est flandrensium et
anglicorum in quo dominatur Luna Unde
homines illius terre sunt vagi et insta
biles ludibrio expositi nunc ad summum
nunc ad ymum dilati a suo planeta ge
neraliter non discrepantes Et hanc
applicacionem reputat quidam doctor mag
nus et anglicus inter alias maxime
racionabilem Sicut ergo in hoc exemplo
sic et in aliis proporcionibus de judiciis
processerunt antiqui conformando effectus
suis causis quantum experiri potuerunt
Sed ex hoc statim alia oritur dubi
tacio Cum secundum fidei veritatem mundus
habuit principium sicut quasi vole diluvium
quod antiquorum scripta pro maiori parte de
levit qualiter postea in tanta temporis
brevitate tot et tanta particularia que
in libris judiciorum posita sunt experiri potu
erunt cum difficultas similis opponitur
in sciencia medicine in cuius libris tot et
tanta leguntur particularia de medi
cinis simplicibus et earum graduacione
de temperamento et eorum occultis virtutibus
et innumerabilibus aliis huiusmodi Unde pro
ista non improbabiliter dicitur quod multa de
predictis cognoverunt antiqui aliter quam per
experienciam vel racionem Nam preter hos
duos modos ad querendum scienciam alios
duos modos posuit Alkindus in libro
suo de radiis stellarum videlicet quod aliqua
cognita fuerunt a casu aliqua per revelacionem
lacionem De hiis que a casu in cognicionem
venerunt exemplum esse potest de invencione dis
terii de invencione dosis tiriace et
multis huiusmodi De hiis autem que per reve
lacionem in scienciis naturalibus cognita sunt
hoc Notandum est quod Alkindus non lo
quitur de illa revelacione que plurimum
inmediate sit dei inspiracione sed magis de
illa que sit celi mediante impressione Et
ad hunc intellectum trahunt aliqui
illud verbum Ptholomei Sciencia stel
larum ex te et ex illis est quia videlicet
aliqui ex se id est ex sua naturali disposicione
susceptibiles sunt astronomice sciencie
et talibus quandoque ex impressionibus
stellarum revelate sunt alique huiusmodi
veritates occulte et ita potuit esse
in sciencia medicine Non est tamen
incredibile quod alique huiusmodi veritates
eciam per divinam inspiracionem quibusdam
revelate sunt et hoc maxime sanctis
patriarchis et prophetis quorum aliqui in
sciencia astronomice leguntur fuisse
periti sicut de Abraham et Moyse nar
rant Josephus et christiane veritatis
historie Et hoc utique facit ad laudem
exaltacionem huius sciencie et ad honorem
et gloriam altissimi conditoris siderum qui
est deus benedictus in secula seculorum amen

Explicit ca apologetica defensio astro
nomice veritatis edita a domino Cameracensi
Colonie Anno christi 1414 die vero
tercia mensis Octobris

E concordia discordantium astro
nomorum super significationibus
triplicitatum signorum zodiaci
et applicationibus eorum ad pro
positum aliqua scribere utile iudicaui tum
propter multorum explicationem dubiorum
tum precipue propter complementum et
perfectionem quorundam tractatuum quos prius
de ymagine mundi et de concordancia
astronomie et theologie ac historice
veritatis conscripsi Huius autem tracta
tus tres erunt partes In prima quid
Ptholomeus et quid Albumazar et
alii sapientes astronomice sciencie sapientes
circa hoc dixerunt recitabo In secunda
quid secundum eorum concordiam aliquid sen
serint explicabo In tercia circa hoc ali
quos particulares effectus applicabo

Circa primum sciendum quod
Ptholomeus primo suo qua
dripartiti capitulo xix° attribuit
triplicitatem igneam septemtrioni
terream meridiei aeream orienti et
aqueam occidenti Et huic consentit
Julius Firmicus 10 capitulo 2i libri sue astro
logie Unde ipse Ptholomeus ibidem
ita scribit Prima ergo triplicitas
que est ex tribus signis Ariete Leone
et Sagittario et est septemtrionalis
eo quod dominium ad solem habet ibi Jupiter
Arietis etiam signum circulum equinoctia
lem et res omnia compellit Et habet triplicitas
ipsius secundum eum ventos septemtrionales
adducit quia Jupiter eorum auctor existit
Secunda vero triplicitas que est ex tribus
signis Thauro scilicet Virgine ac Scor
pione collecta lune venerique assig
natur et meridiei convenientior est
propter Veneris in ea dominium habentem
que humidi ventos adducit Tercia
quidem triplicitas que ex tribus consistit
signis videlicet Geminis Libra et Aquario
colligitur Saturno et Mercurio attribuitur
eo quod in illa domus eorum habentur Et
hec triplicitas orientali vento magis
convenit propter Saturni dominium Quar
tam autem triplicitatem ponunt Cancer
Capricornus et Pisces Restat igitur ut
Marti donetur et nec ipsa in ea domin[ium]
exerceat Et ista triplicitas secundum eum
ventos adducat occidentales efficiatur propter
in ea Martis ac lune dominium Sci
endum est autem quod sicut ibidem quidam

commentatorum ait Ptholomeus dedit prime
triplicitati tantum duos dominos Solem scilicet
et Jovem sed alii addiderunt tertium scilicet
Saturnum et secunde duos scilicet lunam et
Venerem sed alii addunt Martem Et in
tercia duos scilicet Saturnum et Mercurium sed
alii addunt tertium scilicet Jovem Et in quarta
unum tantum scilicet Martem et ei associat Ve
nerem et lunam Et hos eosdem alii po
nunt dominos huius triplicitatis scilicet preposteo
ordine Nam Martem ponunt tercium

Sed idem Ptholomeus in 2o
libro eiusdem quadripartiti capitulo
tercio triangulares istas et tre
angulos aliter distinguit ubi tractat de
similitudine regionum cum triplicita
tibus et stellis Et Arietis et Leonis
et Sagittarii triplicitatem inter septem
trionem et occidentem esse dicit Cuius
primus dominus est Jupiter Est enim septem
trionalis cum Mars in dominio associatur
qui est occidentalis Thauri vero Virginis
et Capricorni triplicitatem inter meridiem
et orientem Cuius primus dominus Venus
quia est meridiana Eique in dominio
associatur Saturnus qui orientalis Ge
minorum autem Libre et Aquarii triplicitatem
inter septemtrionem et orientem cuius principalis
dominus Saturnus quia est orientalis Eique as
sociatur Jupiter quia septemtrionalis Cancri
quoque Scorpionis et Piscium triplicitatem
inter meridiem et occidentem Cuius primus
dominus Mars quia occidentalis cum Venus
in dominio quia meridiana est associatur
Deinde vero terram nostram habitabilem
in quatuor dividit quartas quas dictarum
quatuor triplicitatibus adaptat Et secundum
eas condiciones moresque gentium sub illis
habitancium diffuse prosequitur Pro huius
divisionis intelligencia sciendum est quod
secundum Ptholomeum debet ymaginari una
linea transiens ab oriente usque ad oc
cidens per medium habitacionis nostre ita
quod ista scindat partem meridionalem
a septemtrionali Et dicit Hali quod ista li
nea distat ab equinoctiali per xxxvi
gradibus Et secundum hanc divisionem distat
ab ultima habitacione in septemtrionali
~~Et dicit Hali~~ per triginta gradus vel circa
ita quod latitudo contineat 66 gradus Et tan
ta est distancia ab equinoctiali usque
ad circulum articum ymo est 66 gradum
26 minutorum et 38 2orum Et ideo dicit Hali
vel circa 20 Ex hoc patet quod si secundum Hali

dicta linea transierit precise per medium ha
bitacionis nostre ipsa non distabit a prin
cipio habitacionis versus meridiem nisi
per 30 gradus fere vel quantum distat a
fine habitacionis versus septemtrionem
et sic principium habitacionis nostre distabit
ab equinoctiali fere per sex gradus et a
fine habitacionis nostre .i. a circulo arti
co usque ad polum erunt fere 28 gradus
Et dicit hali quod in fine istius linee versus
versus occidentem est Passagium her
culis et hec unde transitur in hispani
am et est ibi mare strictum ita quod existens
in uno latere potest videre existentem in alio
Et sunt ibi tres insule quarum una
vident transeuntes in hispania per terram
occidentis Et in fine eiusdem linee versus
orientem sic et in principio eiusdem versus
occidentem sunt ydola tenentes claves
et demonstrancia quod ultra illa loca non est in
troitus Et dicit hali quod hercules posuit
ista ydola in signum quod ipse acquisierat
totum mundum longitudo autem predicte linee
secundum quod dicit hali est 180 graduum
His igitur presuppositis secundum sen
tentiam ptholomei ymagi
netur predicta linea dividi per me
dietatem quod remaneant 90 gradus ver
sus orientem et 90 versus occidentem
Et ymaginetur alia linea transire quasi
de polo ad polum Et sic hee due linee
dividunt totam terram habitabilem in
quatuor partes que partes coniunguntur in
loco intersectionis linearum qui est punctus
in medio terre habitabilis hac igitur di
visione intellecta facile est videre sententiam
Ptholomei in partitione signorum et terrarum Et
poterit quilibet coniecturari ad quod signum
pertineant quelibet terre per longitudinem
eius et latitudinem Regionis sicut verbi gratia
quanta ut verbi gratia Ciuitas terra cuius latitudo
maior sit 36 gradus et longitudo eius
ab occidente minor 90 gradus talis est de quarta
septemtrionali occidentali et sic de a
liis similiter hic tamen nota quod 180
gradus linee semicircularis que secundum hali
transit per medium longioris habitacionis
nostre de oriente ad occidentem non
sunt equales gradibus illius 180 gradibus
illius linee semicircularis equinoctialis
que transit per medium totius terre quia sunt
gradus longitudinis terre nec sunt equa
equales gradibus illius linee semicircu
laris coluri que transit a polo et di
vidit per medium longitudinem habitabilis
sicut circuli predicti lineis semicircu
laribus correspondentes sunt equales
quare gradus longitudinis et latitu
dinis Regionum sunt equales in mag
nitudine oportet quod gradus minores linearum
predictarum equare maioribus secundum doc
trinam tabule huius Et sic 180 circuli
distantes ab equinoctiali per 36 gra
dus valent precise 144 gradus 3
minuta 28 circuli magni sive equinoct
ialis sive coluri Et per eandem ta
bulam proporcionabiliter potest equari
gradus in aliis lineis parallelis quia
tabula presupponit quod corda seu diame
ter 126 graduum correspondet
arcui seu semicirculo 180 graduum Tota
ta illa quarta in qua est terra nostra sicut
quod unum ex tribus signis triplicitatis
illius quarte respicit illam terram et
potius sicut quod ex illis tribus respi
ciat illam per mores et consuetudines
habitancium in ea verbi gratia Cum
quod quarta christianorum est in parte septem
trionali occidentali Et secundum ptolomeum
Aries Leo Sagittarius dominantur
super ipsam Et si velis scire super quam
partem eius dominatur quodlibet istorum
signorum respice ad mores et consue
tudines horum Constat autem quod Ro
mani fuerunt fortiores et nomina
tores istius quarte ideo convenit ut attri
buatur eis signum nobilius in ea et
hoc est leo domus solis Constat etiam
quod alamanni astronomi sunt curiosi de na
Martis convenit ut attribuatur eis Aries
domus Martis Constat etiam quod hispa
ni sunt magni exercitores in armis ideo
convenit ut attribuatur eis Sagittarius
quod est signum iusticie et belli Et secundum
hunc consideracionis modum procedit
ptholomeus in quartis terre quam hic pertran
sivimus prosequi ad ex eius scripta et
expositores remittens quia et no
mina et condiciones terrarum non est no
bis facile describere
Ad predicte opinioni ptho
lomei conveniens videtur al
bumasar libro sexto sui ma
gni introductorii differentia 26 in hec videlicet quod
ibi ponit caliditatem igneam ori
entalem esse terram meridionalem
aeream occidentalem aqueam quam
septemtrionalem Et huic concordat al
kabicius differentia prima sui introductorii
Zahel quoque ysrahelita circa principium

sui introductorij verno et habraham judeus cognomine avenazare tercio zo sui libri quem vocat initium sapientie Messahalli et in libro vere racionum annorum mundi. Alij quam plures ut Japhar in suis ysagogis maioribus in libro eciam nativitatum judicium habetur hoc id ab Alkindo dictum dicit quod Albumazar ibidem. Aries vero Leo et sagittarius sunt orientales Nam aries est cor orientis et eius ventus est orientalis Et Leo est sinistra pars orientis et eius ventus inter orientem et septentrionem Sagittarius vero est dextra pars orientis et eius ventus est inter orientem et meridiem Thaurus signum Virgo ac Capricornus sunt meridiana Capricornus enim cor meridiei est et ventus eius meridianus est et Thaurus est sinistra pars meridiei cuius quam ventus est inter meridiem et orientem Virgo vero est dextra pars meridiei et eius ventus est inter meridiem et occidentem Gemini quam ac libra atque Aquarius sunt occidentales Et libra est cor occidentis et eius ventus est occidentalis Porro Aquarius est sinistra pars occidentis et eius ventus inter occidentem et meridiem Gemini vero est dextra pars occidentis ventus quam eius est inter occidentem et septentrionem Cancer vero et Scorpio et pistis sunt septentrionalia Et cancer est cor septentrionis ventus quam eius est septentrionalis Et Scorpio est sinistra pars septentrionis et eius ventus est inter occidentem et septentrionem Pistis vero est dextra pars septentrionis et eius ventus est inter septentrionem et orientem

Et idem Albumazar libro primo coniunctionum dicta secunda triplicitatem aeream dat septentrioni Aqueam meridiei occidenti terream ac orienti igneam Et in hoc non videtur et sentire Ptholomeo concordare Nam hic ubi ait de stella signi fortitudinis ex signis triplicitatum quatuor et applicat significatores eorum in partibus sibi pertinentibus ita scribit Dicamus itaque quod cum acciderit coniunctio in triplicitatem igneam significabit hoc fortitudinem civium orientis Et fortius signum signis est Sagittarius Mediocre vero Leo et debilius Aries Et cum fuerit hoc in triplicitate terrea significabit hoc fortitudinem civium occidentis Et fortius signum signis est Capricornus et mediocre Virgo debilius vero Thaurus Et cum hoc fuerit in triplicitate aerea significat hoc fortitudinem plage septentrionalis Et fortius signum eius est aquarius mediocre libra et debilius Gemini Et si fuerit hoc in triplicitate aquatica significat fortitudinem partis meridiane Et fortius signum signis est pistis Mediocre Scorpio debilius autem Cancer Et hoc fit propter fortitudinem dominorum illorum signorum Ex omnibus predictis patet quod magna est differentia dissonantia de hiis triplicitatibus inter sapientes astrorum que in eorum judiciis magnam dubitacionem ac difficultatem generat Nam quidam commentator Ptholomei dicit quod ipse ponit primam triplicitatem septentrionalem sed alij ponunt eam orientalem et ponunt secundam meridianam et alij similiter ponunt eam sed ponunt terciam orientalem et alij ponunt eam occidentalem Et ponunt quartam occidentalem Et alij ponunt septentrionalem Sed ut ille ait verba Ptholomei magis sunt autentica et vera Econtra vero Abraham Avenezre in tercia parte libri racionum seu causarum loquens loquens de signo Thauri asserit quod antiqui dixerunt de hoc signo quod est meridionale quia sic experti sunt Ptholomeus vero discrepans ab eis dicit signa ignea esse septentrionalia et signa aquea orientalia sed hic confitetur quod signa terrea sunt meridionalia et signa aerea occidentalia Jacob autem Alkindi ait quod signa ignea orientalia sunt sed quedam sunt versus septentrionem Et sic asserit esse unde hec igitur de discordia sapientum circa hanc materiam dicta sunt

Quantum ad secundum principale dicendum est quod quidam henricus de machlinia magnus quam Alberti magni discipulus predictam concordiam nititur et predicte concordie hunc quam nexum perplexitatis dissolvit et quam summam breviter explicabo Primo quod presupponendum est quod significatores corporum superiorum et causalitates eorum super inferiora alie sunt quales alie minus, Et similiter de

ptiulares et harum alie magis vles
alie min9 Et similiter de pticularibus
et hec notauit ptholomeus in 2o li
primo ca. 3o ubi ait probatum
est in rebus generabilibus et individuis
et certa ibi dicit quedam glosa quod vniversa
les vocat generalia accidentia ut quat
tempora anni et ventos et pluvias et mor
bos individuas vero vocat propria accidentia
homini Secundo presupponendum est quod
eadem causa secundum diversas consideraciones et
super diversas materias diversas sortitur cau
sandi proprietates propter sensum quod accepta
sunt hec et plura talia iudicia secundum her
bedmaue videlicet per abraam avenezre
in principio sui libri de Nativitatibus
et ptholomeum 2o 2i ca. 2o Item pr3t
hoc per Albumazar in principio sui intro
ductorii ca. 3o tractatu Nono et primo libro
de revolucionibus annorum nativitatum
et ex intencione negociatorum Albuma
zar circa hoc in libro coniunccionum
Tercio Notandum est quod astrologi secundum
diversos modos dissonantes qui considera
ciones terram dispartiti sunt Aly
enim ipsam terram diviserunt secundum tota
litatem suam spericam interpolatim adin
star divisionis celi celestis Et approprian
do terre angulos ad disposicionem angulorum
et naturam celi principalis qui vocatur
zodiacus hinc enim consonat dictum Avene
zre in libro racionum ubi loquitur de
triplicitatibus Et hec divisio terre est illa
que est magis vlis et permanencior
magis quod essentialis complexioni
et nature angulorum terre regioni que in
eis continentur Ubi quatuor anguli
zodiaci sunt signa tropica Cancer
et Capricornus respondentes
sunt terre angulis qui sunt ad po
los et magis convenientia propter fri
gidam complexionem Cancer quidem
septemtrioni et Capricornus meridiei
anguli vero orientis et occidentis qui
sunt in medio ubi et calor viget
signa calida in directo sunt locata
merito sibi dominancia susceperunt
Oriens quidem quia dextra pars est
dignior arietem propter dignitatem
occidens vero libram hec ergo vlis
significacio triplicitatum super terre an
gulos de qua intendit Albumazar
in suo introductorio maiori sive qui
sequaces tunc eo videlicet in libro nono
iudicium non longe est principium

secundum modum divisionis terre qui dictus
est Alii vero terram aliter sive particulariter
non secundum eius integritatem sed secundum eius
partem habitabilem nobis notam
et hec dissimiliter in secundo eius quadri
partiti ca. 3o tractatu distinguuntur et habita
bilis secundum quartas contentas inter an
gulos prescignatos et secundum proprietates
planetarum ipsis triplicitatibus presidentibus
innanentium sicut ibi manifestum est
Et hanc sentenciam distinctionis que mul
tum differt ad iam dicta videtur
secutus fuisse Julius firmicus Albuma
zar quod adhuc est proprius aliter ha
bitabilem videlicet in fine quarti sui libri
coniunctionum ibi enim non totum habitabilem
sed eius partem occidentalem videtur
dividere in quatuor partes quarum cuilibet
sua attribuit quartam partem celi signorum
non quidem secundum triplicitates sed secundum quatuor
signa sibiinvicem continuata Ibidem
enim dicit quod harum quartarum terre prima est
Antiochia pars orientis et habet ex signis
taurum et leonem et virginem et ex
planetis solem et Mercurium Secunda
Alexandria et quod est circa eam ex parte
meridiei et habet ex signis libram scor
pium et sagittarium et ex planetis lu
nam venerem et saturnum Tercia pars
armenie ibi et fines in occidentem et
habet ex signis Capricornum Aquarium
et pisces et ex planetis venerem io
vem et Martem ac lunam Quar
ta Constantinopolis et partes eius a
septemtrione et habet ex signis Arietem
thaurum et Gemmos et ex planetis
Marcurium et venerem Cum igitur multiplex
sit terre divisio ut apparet diverse quod raciones
in talia significacionibus reperiantur et
consideantur Manifestum est ex premissis
supposicionibus non esse racioni contrarium
unam et eandem triplicitatem diversis
pesse terre partibus sive angulis et eius
plures triplicitates super eandem terre partem
vel angulum Quarto notandum racionis sig
nificandi terre virtutem et consequenti
Amplius super est et alia particio habitabilis
secundum Messhallah in suo libro de revo
lucionibus annorum mundi et in racionem
in sua iudicia Nunc quidem divisio est
secundum temperamentum et intemperamentum eius
divisionis pars septentrionalis intemperata
est propter frigus excellens et meridionalis
intemperata propter caloris excellenciam Me
dia vero inter has temperata de meliori parte

capans utrinsecus unde septimo politicorum dicit Aristotiles Et aspiciendo
ad orbem terre prout occupatus est gentibus que in frigidis locis sunt animo
sitate plene sunt intellectu autem et arte
deficientes propter quod liberi perseverant non
politisantes autem vicinis principari non possunt
et hoc quidem rationabiliter Cum enim ut
patet ex quinto politicorum necnon ex aliis
policia sit civitatibus ordo quidam circa principatus
ad hec pertinencia que sine consilio
non possunt et prudencia que quidem
intellectualia utique ex sexto ethicorum hii
septemtrionales intellectu deficientes
quantum ad hec vicinis non debent principari
sicut enim septemtrionales intellectu deficientes
animositate pleni sunt ita in meridionalibus
est totum contrarium ut testatur
ipse philosophus eodem capitulo prenotato intellectivi
enim sunt hii et artificiosi secundum animam
sine animositate autem propter quod subiecti
sunt et servientes perseverant horum autem causas
ponit philosophus in de problematibus particula
il et hec id vult sedes de partibus animalium
quia sanguis grossior est calidior quam
subtilis sive minus grossus ut ibidem patet ubi
calidi et frigidi multiplicitates distinguit
Sunt igitur septemtrionales complexionis
calide et meridionales frigide secundum rationes
pretactas Et huic concordat Avicenna
prima canonis sen secunda doctrina secunda
summe summe capitulo xi dicens quod loca calida
nigrescere faciunt capillos et crispant et debilem
faciunt digestivam faciunt quod ibi senes
in triginta annis et eorum corda timida
quia spiritus multum dissolvitur In locis
vero frigidis morantes sunt forciores
et maioris audacie et melius digerentes
et ipsi albi et teneri Et infra dicit in
eodem capitulo de locis septemtrionalibus habitabilibus
horum locorum hominum iudicium est
sicut iudicium locorum et temporum frigidorum Et est ibi
digestive bonitas et vite longitudo Et calor
innatus multus Meridionalia vero iudicia
sunt iudicia terrarum et temporum calidorum
debilia sunt ipsis desideria comedendi
et bibendi et quolibet vino gravantur
propterea quod horum capita et stomachi debilia
sunt Item in eadem sen doctrina tertia
capitulo tertio de signis complexionis idem
habetur Et quoniam necessarium sit hic ita
fore michi[?] cavari non potest quin corpora
hominum et aliorum forinsecus admi-

nistrantium dispositionem aeris continentis
Ptholomeus autem hoc advertens dixit secundo
quadripartiti capitulo ii Meridionales esse calide
nature et septemtrionales frigide Sed
quod dicit meridionales agrestes fore sive
crudeles aut silvestres hoc ex ipsorum
timiditate videtur provenire timentes enim
de superventione aliorum insurgentibus aut se
impetentibus lesione qualicumque ipsi
precavent sibi intendentes multociens ex ti-
miditate crudelitatem in hiis videntur exercere
Et licet silvestria sint in meridie animalia
In septemtrione tamen omnia virilhora[?]
sunt ut dicit philosophus 3o de hystoriis Con
veniens quod excellens calidi frigidam
regionem inhabitat et frigidi calidam
habitum quidem excessus enim contraria lo
ca contraria salvant et tempora ut habetur in
libro de inspiratione et respiratione Aristotelis
Et sicut est de locis ita est de temporibus ut
testantur Ypocras Galienus et Avicenna
affirmantes ventres esse calidiores hyeme
quam in estate Pars autem huius habitabilis
media que temperata est homines
optime complexionis merito continet
unde philosophus supradicto loco septimi politicorum
Genus autem grecorum sicut medium secundum lo
cum ita ambobus participat et enim animosum
et intellectivum est etc. In quo enim
septemtrionales et meridionales deficien
tes sunt ad principandum habet utrumque
hec Regio Nam ut dicit in principio
politicorum quod quidem enim mente potest providere
hoc natura principans et natura dominans
Isto autem carent septemtrionales et meri
dionales quia animositate carentes ad
principandum impotentes sunt quia virum
infert potenciorem existens ut testatur po
liticorum tertio propter quod dicunt poete barbaris
quidem grecos principari congruere secundum
philosophum in principio politicorum et ut ex
priorum sermonum verorum sit convenientia
eorum cum veris sensatis respiciantur
annalia et invenientur omnes
monarchie ex hac habitabili porcione
processisse et super terram apparuisse singulum
dominium ex hac regione ortum habens
super alias extendisse Sed ex premissis
omnibus hec una conclusio colligitur que
ad sequentia maxime necessaria est
scilicet quod sanguis calidus subtilis quod aliquibus
tribuitur[?] aptissimus est hiis qui principari
debent aliis quod posse sive preminere vir-

Philosophus secundo de partibus animalium optima
autem sunt animalia calidum habentia
sanguinem subtilem et purum simul enim ad
virilitatem talia et ad prudenciam habent bene
etc. Et non diligenter quod humiditas sanguinis
non debet esse multum subtilis quia sic
esset ineptius ad animositatem que
ad actum principandi magis requiritur quam
artificiositas que est secundum animam licet
utraque necessaria sit Et hoc manifestum
est ex predictis et ex sensu similiter Na
tura quidem sanguinis causa est mul
torum et secundum morem animalibus et secundum
sensum ut habetur 2o de partibus animalium
Talis ergo sanguinis calidi naturam
finaliter consequitur audacia sive forti
tudo esse bone spei magnanimitas et
appetitus honoris etc. Et ad actum princi
pandi pre ceteris ut attestatur Aristoteles
2o Rethorice ubi de iuventute loquitur
est autem delectatissimum principari ut
eodem secundo habetur Delectabile vero
prosequibile est ut in libro de causa motus
animalium scriptum est et 3o de anima
Organica quoque corporis parant idonee passiones
ut cito moveantur ad delectabilem con
secucionem ut in eodem de motibus animalium
Et quoniam in hac media regione de qua
sermo est sunt homines naturaliter princi
pantes orientalis tamen eius pars ad
hoc est per excellencior quam occidentalis
tum quia dextra ut declaratum est 2o
celi et mundi tum quia masculina ut omnes
confitentur astrologi tum quia eius ha
bitudo ad partem occidentalem est tamquam suc
cessione motus celi Occidentalis vero
econtrario. Et est feminea similiter pars oc
cidentalis Unde Avicenna comparans
partem occidentalem ad occidentalem
dicit in primo fen 2a doctrina secunda
summe prime capitulo xi° Et sanitas in
occidentalis numquam existit quam in terris
orientalibus cum diminucione multa
Est ergo pars orientalis Regina terrarum
sive quod habitatores optime complexio
nis Et sic habitum excessus locorum con
tra salutem et corpora ita naturaliter cum puris
salvatur maxime locus ut dicit philosophus
Idem quod est de temporibus ut posten
sum est Orientales ergo qui naturaliter
principantes sunt et preminentes om
nibus et calidi committentur fortificantur
et exaltantur super alios per complexionem

ignea cum constet ex signis regalibus
Ut dicunt Albumazar in sexto
sui introductorii capitulo xi Abraham col
lector et in libro de Nativitatibus
auctore Messahalla Zael in suo intro
ductorio Iaphar in suis ysagogis
minoribus Iohannes Hyspalensis in
suis ysagogis et in libro nove iudicium
Et ergo complexio terrarum dignior
et excellencior perfectior ac
regalior constat orienti tam
quam terrarum regine fortitudo quia eius
orientis augeri debet necessario adiu
ta complexionis regali Crementum enim spa
tium est et secundum naturam tale a suo s
imili vigoratur Ex sensu quidem
patet hoc Quemadmodum autem orienta
les quasi naturaliter principantes per sibi simi
lem et propriam complexionem fortificantur
et moventur ad principandum Ita sep
temtrionales et meridionales quibus
aliqualiter habitum insunt excessus
per complexiones suis regionibus quo quomodo
contrarias ad gradum principandi re
ducuntur ut septemtrionales magis
fiant intellectu meridionales magis
audaces Hoc autem convenientissime
fit in septemtrionalibus per complexionem
aeream In meridionalibus vero per ae
ream Et hoc de necessitate sequitur
ex premundis Isto enim modo ratio
nabiliter accidit septemtrionalium sanguinem
grossum subtiliari aliqualiter mediante
influencia complexionis aeree et econ
trario meridionalium sanguinem nimis
subtilem sufficienter ingrossari cum vi
cissitudo ad ipsos primitatur aquea com
plicate vicem eius influentem Sed
est hic advertendum quod aerea compli
citas septemtrionalis convenientius
ad dictam disposicionem quam reducit quam
ignea Nimis enim subtiliativa est ig
nea et rarefactiva temporum ipsorum et
complexiva spiritivum Quamvis nimis
remittitur secundum hanc viam audacia ipsorum
Hodicius enim calor fortioris actionis
est frigore maioris quantitatis cum
frigidum magis passivum sit quam ca
lidum ut patet ex notato quarto Metheororum
Unde frigiditas exterior septemtrionalium
alteratur a calido aereo sanguinis quam
ipsorum ad disposicionem principandi consequen
dam aptius subtiliatur quam a calido
igneo et licet aliquid accidere possit inveniem

mentibus alijs causis que in triplici
tate ignea fortificant septemtriona
les ut illo tempore accidit cum Normani et
dam galliam et lothoringiam et alias
terras invaserunt hoc non fit de essen
tiali significatione illius triplicitatis
Unde essencialius et convenientius
esse dicit ut predixi Consimili vero ratione
nigressent sanguinis meridionalium per fri
gidum aquaticum potius quam per ticam
et hinc non audaces sunt meridionales
et principatum triplicitas ignite
Aquea talem in meridionalibus operatur
effectum Aerea quoque que masculina
que masculina est consimilem in sep
temtrionalibus qui sunt masculi ut
testatur philosophus in de generacione animalium
quarto et Avicenna tercio canonis fen
21 tractatu tercio capitulo X^o de causis mascu
linitatis et femineitatis Meridionales
quidem dicunt hos feminneos esse Re
manet ergo terre triplicitas occidenti
que talem effectum causare habet in
hac parte qualem aerea et aquea in
suis partibus et consideracione utique intuenti
item advertere quod hec triplicitas ut est
vigorativa occidentis sic est impedi
tiva aliarum parcium ipsis contraria et
consimiliter est in reliquis triplicitatibus
respectu suarum Regionum et aliarum No
tandum quoque est quod sicut ignea triplicitas
fortitudinem causans orientalium
dignitatem eorum et principatum exten
di facit super alias partes terre ut dictum
est ita relique triplicitates consimilem
effectum suis partibus influentes quead
modum forma principandi largiuntur sic
et appetitum tendendi sive inclinant ad
naturalem locum principandi qui est me
dia regio orientalis Nam ut habetur
quarto celi et mundi Dans formam dat et
locum Et hec est causa quare nunc
septemtrionales nunc meridionales
nunc hij et nunc illi suas terras exeunt
et alias terras invadunt ut ergo ad unum
sit dicere Unde dixit Albumazar libro
2° quintonum differentia secunda Quarum triplicitas
terrea significat fortitudinem tamen occi
dentis etc. De orientali vero concordant
pretera licet non latet nos quod sicut terra ha
bitabilis in quatuor quartas hic ultimo
divisa modo ita que bene quartarum et partes
earum similiter ad instar divisionis totius
habitabilis dividi possunt Et hic innuit

philosophus VII° politicorum capitulo supranotato
dicens tandem autem habet diram et quorum
gentis adiunctionem etc. Et id forte innuit
ipse in fine quarti in illa divisione terre
de qua supra dictum est Et hec recollec
ta sicut ex dictis prememorati henrici
pro concordiam philosophorum super dissolucione
perplexitatis predicte

Remissis autem videtur concor
dare Guido bonati tractatu
de revolucionibus annorum mundi
atque nativitatum capitulo octavo ubi dicit
Quarum sicut quibus planeta disponit magis
in climate sibi deputato quam super aliud
licet quibus eorum habeat aliquid facere super
quolibet climate aliquid secundum magis ali
quid secundum minus sic et similiter ipsa signa
presunt regionibus et imprimunt in eas
quomodolibet secundum suam naturam quia ignea
imprimunt magis super calidas terrea super siccas
aerea super humidas aquatica super fri
gidas quia non signantur signa super parti
bus mundi per eos vel per eorum potestatem sed per eorum
naturam Unde si fuerit terra vel Regio
cui presit signum igneum calida accidet illud
significatum fortius quam in frigida In
frigida tamen temperat frigiditatem et
conservat et ponunt exemplum sic Aries leo et
sagittarius que sunt prima triplicitas
calefaciunt in partibus orientis In partibus
septemtrionis temperant frigiditatem quia
sunt ignea orientalia Unde si fuit
ascendens aliquod de signis illis confortabit
significatum et augmentabit illud Et
orientalis ventus est calidus et siccus Et
sic Thaurus Virgo Capricornus
que sunt 2a triplicitas desiccant humidi
tatem in partibus meridiei et in partibus
occidentis temperant humiditatem quia
sunt terrea et sunt signa meridiana
Unde si angulus 10^e domus fuit in illis
signis confortabit significatum et aug
mentabit illud Et meridionalis ven
tus est calidus siccus Et sic Gemini libra
Aquarius que sunt tercia triplicitas oc
cidentalis humectant in partibus occi
dentis sic in meridianis temperant
siccitatem quia sunt aerea et sunt signa
occidentalia Unde si angulus septime
domus fuit ex illis signis conforta
bit significatum et augmentabit illud
Et occidentalis ventus est frigidus
Et sic Cancer Scorpio piscis que sunt

Et ita triplicitas septemtrionalis in
frigidant in partibus septemtrionis sic
in orientalibus temporant caliditatem
quia sunt aquatica et sunt septem
trionalia Unde si angulus gete domus
fuit ex illis signis confortabit signifi
catum et augmentabit illud Et septemtrio
nalis ventus est frigidus et siccus Et
ibidem subdit quod etiam planete adiu
vant hoc Nam si fuit significatum
in septemtrione et perfecerit saturnus illi
significato adiuvabit illud et faciet
magis apparere et eo fortius si saturnus
invenerit eum et fuit significatum fri
giditatis Et si fuit in occidente et perficit
Jupiter augmentabit illud significatum
et eo fortius si invenerit eum luna et
fuit illud significatum humiditatis et magis
faciet illud apparere Et si fuit significa
tum caliditatis adiuvabit illud sol et magis
faciet apparere Si autem fuit Venus parti
cipata quodammodo temperabit calorem
illum

Sequitur tracta tus tertius

Quantum ad tercium principale
Sciendum est quod ad confir
macionem premissorum dicit idem
henricus quod cum intento studio magnaque
diligencia et vehemencia consideravit plu
ries ac mente revolvit hec que dicit
Albumazar de triplicitatibus super for
tificacione sive peminencia unius pla
ge respectu alterius et invenit experta even
tuum satis concordare dictis suis secundum quod
apparere potest considerantibus unum exemplificata
Primo considerandum est ad destructionem Troye
que facta fuit per grecos qui occidentales
sunt a frigia in qua Troya sita fuit
que caput erat totius orientis Rex
quoque Priamus fuit princeps Asie partis
quoque orientalis Evenit autem hec destructio
sub triplicitate terrea que fortitudinem
significat tunc occidentis secundum quod dicit
Albumazar Regnum quoque Pharaonis
sive Egiptiorum qui meridionales sunt
sub triplicitate aquea dominium habuit
Regnum quoque Ethiopie que multum meri
dionalis est sub eadem triplicitate suum
habuit terminum Sub triplicitate etiam aerea
impugnaverunt Assirii Egiptum et si
hos respectu a latere sed principaliter illos qui

meridionales erant ab ipsis Preterea autem
Regnum Alexandri peminenciam habuit
Regnum persarum et medorum quod accidit
sub triplicitate ignea Alexander etiam
obtinuit dominium super persam et fere to
tam partem orientis sub triplicitate ter
rea Amplius sub triplicitate ig
nea natus est nobis ihesus christus Et
sub triplicitate terrea que immediate
eam subsecuta est ab occidente vero
tempore Constantinus qui a papa Silvestro
baptizatus fuerat Rome imperans
orientales sibi subiugavit et se
dem imperialem de Roma trans
tulit in greciam Milicia Arturi
regis Britanie que nunc Anglia
vocatur cum illa magna formositate
sua et suorum vigebat sub tempore triplicitate
aeree Merlinus quoque propheta in maiori
Britania prophetabat et multa propter
mirabilia evenerunt sub eadem tri
plicitate aerea Sed et hoc quidem racio
nabiliter quia triplicitas aerea sig
nificativa est prophetarum quod et testatur
Johannes hyspalensis in suis ysagoge
in quibus sic loquens de Aquario
dicit ipsum esse signum angelorum vel demo
num vel demoniacorum Et quod triplicitas ae
rea significativa sit prophetarum palam
est per judicia Albumazar in quinto trac
tatu libri coniunctionum Nam et in libro
secretorum eius legitur dixisse quod quesivit
et non invenit alium vrostopum signi
ficantem tantam religionem sicut libra
Et ibidem apposite legitur dixisse quod
fecerit figuram quando natus est propheta
scilicet Machometus et non invenit horos
copum significantem talem potestatem
nisi libram Sub eadem quoque triplicitate
aerea qua armus viguit in Brita
nia sanctus Benedictus monastice vite insti
tutor in ytalia florebat et sub eadem
floruerunt etiam doctores veritatis hie
ronimus Ambrosius Augustinus et plures
alii Amplius fortitudo et inhumana
sevicia Wandalorum et Gothorum et
Longobardorum et hunnorum super terram ap
paruit sub triplicitate aerea predicta hii
autem omnes ex septemtrione prodierunt post
dictam vero triplicitatem aeream sub qua

virgini Arietis immediate successit aqua
sub qua Machometus initium habuit
cum secta sua sicut patet ex cronicis Sub
eadem quoque triplicitate aquea evenit for
titudo maurorum a quibus Sarracenum p
cesserunt Postea vero in ignea triplicitate
recipiente illam translatum fuit illud regnum
versus orientem Regnum quoque Pipini patris
Karoli magni sub eadem triplicitate ig
nea inchoavit Item sub triplicitate
terrea sub qua hugo capetus francie
regnum adeptus est Godefridus dux lo
thoringie cognomine de Bullione
cum aliis Baronibus quamplurimis
et popularibus terre occidentalis excitatis sig
natis terram Turcorum invaserunt
Jherusalemque ceperunt necnon et alias
regiones occupaverunt Ex his vero omnibus
hoc notandum quod propter virtutem triplicitatis
aliqui predominantes suum dominium
versus illam plagam non extenderunt
ex qua sue fortis significatio deriva
bat sed versus oppositum Verbigratia sub
triplicitate ignea que significat super ori
entalem plagam Pipinus regnare
cepit non protendendo suum dominium
versus orientem sed versus occidentem
Ut autem si aliter esse sciretur convenientia
significacionis triplicitatis propter quod
cum dicitur de fortitudine alicuius plage intellige
da est semper per comparacionem ad regiones
sibi collaterales Unde cum mutaretur
triplicitas ignea in terream translatum
fuit regnum francorum a parte orientali
ad partem occidentalem et occupavit
sibi regnum ille hugo parisiensis cog
nomine capet Est enim parisius a germa
nia sive franconia in qua regnare
cepit pipinus Nota quod coniunctio illa
triplicitatis ignee que significavit super
regno pipini et karoli magni fuit
secundum aliquos in primo gradu sexto minu
to Arietis Anno christi 188 diebus
18 . 21 minuto diei Et fuit revo
lucio coniunctionis ignee que christum precessit
incarnatum per quinque annos Et coniunctio in
sequenti triplicitate terrea sub qua incepit
Regnum hugonis capeti in francia
fuit anno christi 981 diei 22 minuto
16 in 20 minuto capricorni Ideo ex

omnibus his precedentibus hec venit inferre
conclusio quod divisio terre per plagas qua
tuor Albumazar secundum triplicitates non
est accipienda semper eo modo quo dividi
potest per duos dyametros orthogonaliter
se secantes ut sic fiant quarte habi
tabilis Sed est intelligenda per comparacionem
unius regionis ad aliam sive sit in
quarta orientali sive occidentali aut
alia Itaque illa regio que versus orien
tem dicitur et ab alia sit orientalis respectu
illius quamvis illa eadem sit occidentalis
respectu anterioris ut Roma que ori
entalis est ab hyspania ipsa eadem
tamen Roma occidentalis est a grecia
hec igitur sunt ea que per intentam cogi
tacionem consideracioni occurrunt incedenti per viam
experiencie et racionis referendo predic
tos eventus annalium ad contempora
les et correspondentes mutaciones tri
plicitatum ut sic preteritorum certitudo sequencium
exhibicio fiat et indagacio futurorum
Sed premissis non obstantibus que subti
liter ac utiliter considerata sunt per expe
riencie viam qua scienciarum principia cogni
ta sunt Dico tamen quod propter premissos
aliosque huiusmodi effectus particulares com
munes et eorum causas non sufficit considerare
divisionem terre secundum quartas triplicitatibus
correspondentes ut pertractatum est Sed etiam
expedit alias terre particiones attendere pro
tunc declaracione Sciendum est quod astronomi
terram multipliciter partiti sunt et specialiter
in septem climata famosa et aliqui
anticlimata et postclimata posuerunt
ipsi quoque in cosmographia climata in vari
as regiones variasque regionum particu
laria loca distinxerunt sicut in tracta
tu de ymagine mundi plenius declaravi
et sicut ibidem breviter tetigi ipsi astro
nomi huiusmodi climatibus aliisque terre parti
bus signa et stellas appropriaverunt non
uno quidem modo sed multipharie alii
et alii aliud et aliter sicut ex eorum libris
manifestum est Unde hec discrepancia
magnam difficultatem gignit que non
videtur posse aliter concordari nisi quod ipsi
eidem climati vel regioni aut parti terre
plura signa pluresque planetas assig
nant Et quia difficile est perfecte cognoscere
quis eorum principalior atque particularior
significator existat respectu illius partis terre

Ideo sepe ex hec fallunt astronomorum iu
dicia nisi super hoc diligentem curam
exactamque diligenciam adhibeant
Ex varijs autem sapientum dictis
pauca exempli gratia recitabo
Sicut ergo refert Jacob Alkindi
libro de judicijs annorum mundi dicit Enoch
qui homines et signum arietis cum jupiter
significant super partes Alacrech i. E
racleam que est in terra persarum et ibi
est Babilonia et Baldach Saturnus
vero cum signo libre super Romam et terras
xpianorum vel non circumcisorum Et sol cum signo
Aquarij super terram judeorum i. judeam usque
ad egyptum Et signum capricorni cum
Mercurio super terram Dalkenam i. judeorum
Et venus cum Scorpione super terra
Armanorum i. Arabum Leo vero cum Mar
te super illos qui morantur in climate
septimo Luna vero cum virgine super
partes Azim Sapientes vero Babiloniorum
Dot idem Jacob refert locuti sunt super
partes terre Et dixerunt quod Aries signi
ficat super persiam et Ardenagaam et
Balastiam et philistim i. palestina
et Babiloniam et Balgaam et abu
nasab i. Assiriam Thaurus super Assab
tham et mea et taberas et Asiam
minorem et super montes dabera et super
montes magni valde Gemini super Ga
laan et Hargaan et alergnia et A
barabolim et super angulum occidentem
et egipti et super terram Barta Cancer
super Affricam et philistim i. palestina
prouincie et super terram xpianorum i.
non circumcisorum et Romaniam et Arme
niam minorem et oriente de chorasse
et Harthan et Baldach et Alae
rach Leo super totam terram Altherach
i. terram turcorum et Bostetar et Yta
liam et Romam et Britaniam minore
maiorem et super terram Hems et damascum
et Regnum Assuta et Acnpa et Albostea
et Boget et Hagog virgo super terram
Constinopolitanam et Alstas et mare
palestinorum et Camaan et Segasthaan
Libra super terram Chahara et Sagastia
hen et Thabarestaen et Nustemar
et timas que est maxima ciuitas
in terra judeorum judeorum et super flumen E
gipti et terram Ethiopie Scorpius
super Alhagan et Amal et tanega
et Arbar Samara et Soria et Scam
et Camad et Canaha et Thersis
Dendaria et plarama et tum et alsdam
et aldacri et Arabes Sagittarius
Alymin et Sapmiam et hispaniam
et Siciliam et Arabiam antiquorum
Capricornus super Indiam et Altholz
et Hcharahen et Alsoz et Aara
gonia et Mitar moram et Hahcalom
et Ethiopes et flumen mahacaen
egipti et Suphalbehar et amae et
Alarchena usque ad terram asin
Aquarius super Assiriam notam et
Balach et Stram et Vastea et lema
et Arogonia et assia et super terram E
gipti cum sibi participantibus in terra
persie pisces super lactabia que est
anglia secundum aliquos et Ballach
et Asina et Henzema et Nitham
et Lastemoperam et Pezaha et terram
Althin et Gargaen et mare rubrum et
eligit sibi alimon hoc est marestena
et malemonia Item significat su
per terram Ethiopie et super Alexandriam
et participant terre xpianorum i. non circum
cisorum Bandas est in quarto climate
cuius signum est 2e cancri et similiter
est hierusalem sed eius signum est 19 gradus
gradus leonis Signum Egipti est Cap
cornus Cartaginis est Geminus To
leti Virgo Brancie Cancer His
palensis pisces Valencie Scorpio
Cesaraugusste Aries persarum aquarius
lutetie Cancer persie et terre sue Virgo cum
luna Climatis septimi Leo cum Marte
terra de Metha usque ad Egiptum
Scorpio cum venere hec quidem multa
sunt secundum experienciam euentuum magorum
Recitat Abraham Auenazre
de hiis sparsim multa lo
quitur in ysagogis suis
quas vocat inicium sapientie
Sed vlterius hec in libro suo coniunctionum
refert ita Dicit Enoch primus quod Ju
piter cum Cancro significat super terram A
lacrach i. heraclie Saturnus vero
cum libra Rome post que Regnum
Edom fuit ydumeorum i. xpianorum
Et Mercurius cum signo Capricorni
hominibus Judie Vt dicit quidam
eo quod Mercurius super animas ipsorum significat

ob id sapientes sunt valde Et quia
capricornus sup corpa eo4 sig^t ideo
non sunt albi Venus aut cu Scor
pione tre pest Sarracenoz ppr qd
dicit sapiens eo4 anno quolibz in q°
erit signu Scorpionis in asp^tu stelle
impedientis morietur Rex Cinnanoz
seu Arabum Et ille qui regnauit s^r
Regno hismahelitarum .i. Sarracenoz
Et rememoratus est de hoc se exptum
fore in exemplis multis Mars aut cu
Leone tre Burgan Et sol cu aquario
tre ysrl et grecoz atz Egipti luna vo
cum Virgine pest tre absin et toraristeth
hoc aut est dictum qz ille planeta
dnatuz est sup illos et de signis
signu rememoratum Verum scdm qz fuerit
dnbo in reuolucon anni et adhuc mag
in reuolucon anni coniunctionis sic debes
iudicare vel de bono vl de malo
Albumasar vo tractatu qrto libri
sui coniunctionu dria vltima
dicit Eo4 primu clima est
iudeoru et ipm est Saturni et habz ex
signis Capricornu et Aquariu Se
cundum clima est Alluzem et Ethio
pie et ipm est Iouis et habz ex signis
Sagittariu et pisces Tciu clima est
Egipti et ipm est Mars et hz ex sig^s
Arietem et libram Sextu Gog
et Magog et est clima Meraney et
hz ex signis Venis et Virginem
Septim vo clima psa4 et tm et est
clima lune et hz ex signis cancru
Deinde describit signa varye tras
et prouincys et in aliis qui supdictum
est Et inr alia ponit qz Aries hz
Psiam et Bethaniam et Palestinaz
Taurus hzt paruas ex insulis mar
Romanorum et Asiam paruam Ge
mini hz Armeniam grandem et Egiptu
Cancer habz tram Babilonie et Af
fricam et ffrancia Leo hzt tram Tur
coru et ptem tre nigroz Scorpio
hz diocesim arabum et ptes eo4 vsqz
ad biemen .i. loca vbi morant^r nobiles
Arabes scz loca teutonico4 qui ipi ne
morant^r in ciuitatibz sz in tentorys
Sagittarius hz hyspaniam et Sicilia

Capricornus hzt Ethiopia et littus
maris quod sequit^r dyocesi Arabum
.s. tentoria vsqz ad Indiam et limites
eius yeno et limites tre Romanoz
Aquarius hzt tram Athibt scz Egip
to4 et hz coicacom in tra ferunt
Psa4 Piscis hz coicacom in Roma
nis et hz a Romanis vsqz ad tra
hierlime et Egiptum et Alexandriam
et altitudinem tre Indie Postea
subdit constellacones et ascendentia
quoruudam loco4 et ciuitatu vnde
inr alia dicit Egiptus ascendens
eius cancer Insula hierlime Aqua
rius palestina cancer et solis Constan
tinopolis Tauri et Mars An
thochia arietis et solis Damascus
Scorpionis et solis Palestina Tauri
et Mezaney Domus scta Cancer
et Mars et Alexandria leonis et
Martis Idem quoqz albumasar circa
fine tractatus scandi eiusd libri ponit
eo4 quidam dixerunt quia Saturnus
habuit significacom sup hanis .i. sup
leges illo4 a quibus Marci ducant
legem sua .i. ab illis qui sunt ab Abra
ham vsqz ad Moysem expte ysmael
.i. sup legem ysmahelita4 et sunt mora
in eis 240 anno4 vl 264 qui sunt
reuolucio Saturni .i. eius anni maximi
Et quia fuit significacio Iouis sup psas
sunt mora vras in eis 429 annis et
ex hac pte oportz vt mora vras Ro
mano4 .i. xpiano4 scdm id quod hz plta
eo4 qui est lunare maiore significans
sup eos de tpribus datis et sunt 1360
Et scdm hoc oportz qz sit mora vras
Abraham scdm qz hz planeta qui est Ve
nus significans sup eos de tpribz datis
qui sunt 450 anni Et hi que recitat
Albumazar sup his tpribus fundatur
sup opinione illo4 qui dixerunt eo4
quantitate tpum vras est scdm qntitatem
tempo4 dato4 planetis significantibz
cuius vras .i. anno4 maximo4 eo4dem
planeta4 Nam quidam dicunt qz licz
Albumazar fuit de secta Machomet
tamen eius opinio ppa fuit qz lex xpiana
esset sup certo duratura sicut in libro de
Natiuitatibz qui incipit Dixit qz Abra
am Iudeus in cap° de 9 domo hz qz

adiunctio Jovis et Saturni fuit in Aquario
an exitum Judeorum de Egipto. Eorum
adiunctio fuit in Scorpione an Matho
meti Nativitatem. Item quod Saturnus in 9°
in Nativitate Judei suam fidem constant
servativam ostendit. In xpiani vero aut
Sarracenorum Nativitate eorum fidem infirmat
Sol autem in 9° fidem xpianam nostente
consolidat Judei et Sarracenorum negligen
dam ostendit. Mars vero in 9° Sarracenorum
fidem servandam docet xpiani vero et
Judei peritatam dicit unde patet quod huius
planete huiusmodi sectis presint. Sciend
etiam quod sicut dicit Albumasar Cancer
secundum Franciam concordat Johannes de muris
in Epistola ad Clementem sextum ubi dicit
quod signum Cancri Regnum Francie signat
et Parisiorum et ibidem asserit quod veraciter est
compertum quod Saturnus in Anglia
Mars in Alamania et Jupiter in Fran
cie dominantur. Dicit autem prefatus Abra
ham in suis ysagogis in capitulo de
Marte quod de climatibus terre in partibus
eius est tercium ut Egiptus et Alexandria
De gentibus etiam eius sunt Alemages
et Anglici et illi qui colunt ignem seu
igni serviunt ut Cinnam vel Sclavi quid
et ulterius in parte eius sunt omnes Vin
bellici. Secundum Guido Bonati parte secunda
tractatus secundi sume sue capitulo xxi ubi
signa asserit regionibus secundum quod in eis magis
apparent eorum significationes quam in aliis
non ponit quod Cancer habeat Franciam
sed Armeniam minorem. Et de virgine
dicit quod habet regiones que sunt inter
Eufraten et Hyspaniam magnam. Et de li
bra quod habet ~~significationem super Ytaliam~~
~~et maxime partibus~~ Apuliam Romam
et terras Romanorum usque Ethiopiam
sicut dicit Alkabicius. Et de partibus
quod habet significationem super Ytaliam et
maxime super Romaniolam et ultra
Marchiam usque Venetos
Ex premissis omnibus patet quod
difficillimum est in judiciis astro
nomorum videre in quibus clima
tibus regionibus aut partibus mundi debeant
evenire accidencia que ventura sunt
ex revolucionibus annorum. Et licet predictus
Guido Bonati in tractatu de revolucionibus

mundi circa hoc multum insistat capitulo
quinto et pluribus sequentibus ponendo
plures terre divisiones et eas varie ap
plicando signa et planetas tamen ibi in
ta videtur ponere magis voluntarie dic
ta quam auctoritate vel racione vallata. Sed
tamen multa ponit utilia et considera
re digna. Et inter alia in fine 8ⁱ capituli
concludit: Oportet aspicere disposicionem et esse
planetarum in revolucionibus annorum tam
Nativitatum quam coniunctionum quam mundi et
vide tunc si domini signi fuit fuit bonus
quod significat bonum esse climatis generaliter
secundum partem cui preest et aspice similiter
esse planetarum pertinencium cuius Nam
si concordaverint in uno esse significat
quod magis apparebit significatio revolu
cionis tam in bono quam in malo. Ex quibus
tamen omnibus colligitur quod signa et planete
in huiusmodi significationibus inter se participant
et concurrunt ita quod unum signum et unus
planeta significat super pluribus climatibus
regionibus vel civitatibus et e converso plura
signa vel plures planete significant
super eodem climate regione vel civitate
Sed difficultas dicitur quis istorum generalius
et quis specialius vel particularius signi
ficet que difficultas magnam judiciis
facit difficultatem et perplexitatem. Super qua
vix tamen potest certitudo et nisi ad multiplici
et longa experiencia et circa magnos effectus
Et ideo satis conveniens documentum
tangit idem Guido 24 capitulo eiusdem
tractatus ubi loquens de accidentibus
que ventura sunt in climatibus dicit
Cum climata divisi sunt per planetas
ita videlicet quod Saturnus habet primum clima et
ita per ordinem de reliquis. Unde oportet te
considerare in revolucione anni cui climati
preest qui habet planeta et sciendum esse illius
si vis scire accidencia que ventura sunt
in climate cui preest planeta quia acciden
cia principalia climatis erunt secundum quod fuerit
esse planete qui preest ei et participabunt
cum eo dominus anni et dominus ascendentis revo
lucionis et dominus hore illius unde quibus
eorum prestabit juvamentum vel nocumentum
domino climatis secundum quod fuerit eius esse tam
in bono quam in malo. Et si aliquando contigerit
quod unus planeta habeat significationem pro
duobus climatibus vel dominetur uni
et participet in alio semper pone significationem

eius super omni regione cum peste ipse Et sic poteris scire accidentia que ventura sint in regionibus illis tam universalia quam particularia tam Regis quam populorum Et de hoc ponit exemplum quia si fuerit significator Regis Regionis eius a minori revolucionis fortior in domo 10 quam aliquis ex planetis in sua domo et fuerit alius salvus et liber significat quod Rex preerit omnibus magnatibus illius regionis et dominabitur illis Et si non fuerit Rex in domo illa accidet ista illi qui maior fuerit in ea Ex hoc autem exemplo patet quod non solum in hiis est notandus significator autem ascendens climatis vel regionis sed etiam significator autem ascendens Regis vel principis eius Ut patet etiam per ptholomeum libro (?) centiloquium ubi ait ascendentia natium (?) minorum regum aliorum sicut signa cadentia ab angulis illius Regni Ascendencia vero illorum qui habent in illo regno potenciam et principatum sunt anguli regni Sed ascendencia natium (?) administratorum in regno sunt eius anguli succedentes Ascendencia autem inchoacionis civitatum significant quicquid in eis contingeret Ascendencia vero alicuius regiminis incepcionis sub legis seu apperciones (?) alicuius secte civitatis significant quicquid contingeret in regimine seu lege in eadem civitate Ubi dicit Comentator Cognitum est apud astrologos Quorum qui ascendens regum est ascendens aliorum nati vel alias est angulorum regum ille dominium in illo Regno habebit Ideo Reges Romanorum inhibebant aspicere Nouorum autem ascendencia de Regno essent eos in pallacio recipi et nutriri faciebant hec ille Unde ex premissis omnibus manifestum est quod magna et multiplex est in hiis astrorum judiciis difficultas quam multi per ignoranciam aut negligenciam non satis considerantes et sibi astronomorum nomen usurpantes astronomiam sine ipsius sciencie culpa in suis diffamant falsis judiciis et de hiis ista collecta sunt ut in eis detur occasio profundius et plenius perscrutandi Deo gracias

Explicit Tractatus de concordia discordancium Astronomorum recollectus a domino petro Cardinali Cameracensi finitus Crac(ovie) Anno domini 1482 feria secunda infra octauas Domini Corporis Christi



IV

